LIBRI ARISTOTELIS, QVOS VVLGO LATINI, PARVOS NATVRALES AP PELLANT. E GRAECO IN LATI NVM SERMONEM CONVER SI. IOANNE GENESIO DE SEPVLVEDA COR DVBENSI INTER PRETE.

AD GRAVISSIMVM PRAESVLEM PRINCIPEM ILLVSTRISSIMVM IVLIVM MEDICEM CARDINALEM VICECANCELLARIVM ETC. IO. GENESII SEPVLVEDAE PRAEFATIO IN INTERPRETATIONEM LIBRORVM ARISTOTELIS DE ANIMALIBVS, QVI VVLGO PARVI NATVRALES APPELLANTVR

CONVERTI PRIDEM EGRAECO in Latinum ſermonem decem Ariſtotelis Libros pertinentes ad Naturã affectioneſq; animaliũ, quos Vulgo latini Philoſophi ex ſingulorum breuitate Paruos naturales appellant. cum ſint nulli maiores, ſi ad materiam ſpectes, utilitatemq; philoſophantiũ. Eſt.n. opus uarium, et multiplici doctrina refertũ. et quod poſſit, ut altiſſima ingenia exercere parte ſui, ſic alia legentium animos tenere. quod opus, qua noſtrũ eſt, tibi dicamus IVLI MEDICES Grauiſſime Præſul, ac Princeps illuſtriſſime. Cur tibi potiſſimũ reddẽda cauſa eſt, ſed tã paucis, q̃ multis eſt notiſſimũ hoc officiũ iãpridẽ a cnnctis litteratis deberi, ac præſtari ueſtræ Familiæ ſolere. quæ de litteris litterarũq; ſtudioſis olim tam bene mereri nunq̃ intermittit, ut quod omnes diſciplinæ, quæ in ſeniũ uergebant, atq; adeo hominũ incuria, quæ Principũ auariciæ comes eſt, paulominus interciderant, ſe erigere parentũ memoria, et lacertos, ut aiunt, motare cœperint, uobis debeat acceptũ referri. quotus.n. quiſq; tẽporibus his bonas artes coluit iuuitq;, qn uos coluerit, et uiciſſim a uobis adiutus et honori habitus fuerit? Teſtãtur hoc innumerabilia opera uobis cũ locupletiſſimis ueſtrarum uirtutum teſtimoniis a ſuis authoribus conſecrata. Hoc.n. qualecũq; eſt, certe maximũ eſt documentũ grati, et amantis animi, quod ſcriptores perhibere poſſint, ſi cui ſcripta ſua, ceu chariſſimos liberos locantes, nuncupauerint. Et hercle cõſtat pleroſq; mortales huius generis munere ab amicis donatos fuiſſe ĩmortalitate. Nã Marcelii Victorii memoria non futura fortaſſe alioquin eius uitæ ſuperſtes, tã diu durabit, dũ Quintiliani oratoriæ inſtitutiones extabũt. P. Siluini nomen tã multis notum eſt, q̃ Columellæ opus de Re ruſtica. at quis eum fuiſſe ſcire poſſet, niſi Columella ad eum ſcripſiſſet? Cæterum ut huiuſmo-

di homines ſcriptorum nuncupatio uel ſola uel potiſſimum a mortalitatis
iniuria uindicauit, ſic aliis in magna rerum geſtarum claritate ad perpetuæ
memoriæ cauſas hæc acceſſio nec ea quidem ita magna facta eſt. quorum
numero Medicũ familiã cenſeri ad te certe ſcribens minime dicerẽ. niſi ue-
ſtri generis claritas, et rerum geſtarum magnitudo inuidia iam olim uicta
quanecũꝙ ueſtri laudationem ab omni adulationis ſuſpitione uindicaſſet.
Non ob id tantũ, quod quidem permagnũ eſt, quia hoc tempore ex ueſtro
potiſſimũ genere Leo Decimus ob ſingulares ſuas uirtutes dei hominũꝙ
conſenſu in ea ætate qua unq̃ pauci, Summo Pontificatu auctus eſt. in cu
ius immatura morte res humanæ iacturam magnam nuper fecere, ſed etiã
quia maiores ueſtri longa ac perpetua temporum ſerie tam ſtrenue, ac pru
denter Florentinorum Remp. adminiſtrarunt, ac moderati ſunt, ut nihilo
arctioribus terminis gloria ueſtra, q̃ Florẽtinorũ nomen cohibeatur. Nec
poſſint Florentinorum florentis Reip. res geſtæ a multis annis memoriæ
prodi, ut uos non primas partes occupetis. Qua gloria cũ poſſetis ſatis eſſe
contenti, illud tamen quantulũcũꝙ eſt doctorũ uirorum grati animi offi-
cium haud eſtis aſpernati. non iam uobis, ſed mortalibus in cõmune conſu
lentes. Ne præclara ingenia tot uolumina ad iuuandam mortalitatem mi-
ris laboribus græce et latine fruſtra ſcripſiſſent. Si nullo principe ſtudia fo-
uente tam bonarum artium deeſſent magiſtri, q̃ diſcipuli nõ inuenirentur.
Tu uero illam tuorum maiorum gloriam tantũ abeſt, ut in te reſidere pa-
tiatis, ut ingentibus uirtutibus illuſtriorem cumulatioremꝙ reddideris, ac
in dies reddas. Quæ uirtutes mihi ante quoꝙ notæ fuerant multorum ſer
mone, qui te familiariter coluerunt, tunc uero oculata fide perſpectæ, cum
tres ab hinc annos ab hiſpanorum bononienſi collegio res ipſius procura-
turus tranſeunte Florentia Ioanne Emanuele Cæſaris Legato ad te miſſus
ſum. Quo tempore illud de te uel in primis ſum demiratus, quod cũ maxi-
mum principem, et cuius nutu tantarum rerum momenta uerſantur, non
niſi per magnas difficultates adeundi copiam mihi poſſe cõtingere animo
præcepiſſem, neꝙ aliter niſi ubi per confertos ſatellitum globos tandẽ eua-
ſiſſem, adeo cuncta præter opinionem reperi, ut ne unum quidẽ in frequen
tiſſima Familia offenderim, qui armis faſtum domini referret. nullum qui
metum cæteris inferendo, eius quem timendum faceret, timorem argueret.
quin immo tam facilis mihi, ut cæteris, ad te patuit acceſſus, ut ſæpe abſꝙ
illius interpollatione te adeundi copiam natus ſim. quo indicio principis
humanitatem, magnitudinem animi, recte factorum conſcientiam haud

A ii ſcio

ſcio an aliud poſſit manifeſtius arguere. Nam ut nemo criminis conſcius
tranquillo animo eſſe poteſt, ſic qui arma, cum poteſt, non oſtentat, diligi
ſe, ac amari cognoſcit. Quis porro princeps a ſuis ciuibus diligitur? niſi qui
iuſtitiam in ſingulos ſeruat, Remp. fortiter, ac ſapienter moderatur? Iam ue
ro in iure reddendo quis referre queat q̃ prudenter duas res inter ipſas di-
uerſiſſimas præſtes ut te ſimul amandum, ſimul reuerenta dignitate colendũ
exhibeas? Qua animi æquitate importunorum moleſtias feras? nec feras
modo, ſed humaniſſima indulgentia leues. Memini cum te ultimo de ne-
gotio illo mihi iniuncto allocuturus adirem, nec ſine formidine, ne tibi mo
leſte ſedulus eſſe uiderer non modo me fuiſſe a te humaniter exauditum,
ſed hiſpanis etiam uerbis gratiſſimum reſponſum accepiſſe. ad quam comi
tatem quid adiici poſſit non uideo? Iam uero quid de animi tui magnitu-
dine dicam? quæ cum alias multis eſt teſtata documentis, tum maxime nu-
per Bello Mediolanenſi. cum in oppugnatione unius oppidi exercitum ec
cleſiaſticum tandiu hærere non ferens aduolas, et ſumma induſtria, ac ſtre-
nuitate in agrũ mediolanẽſem rapis agmen. non ignarus uidelicet in uno
Mediolano cætera oppida expugnari poſſe. ſecuruſq; mortis, nullo recuſa-
to periculo, mirãte toto exercitu, et partim progredi recuſante, ampliſſimæ
urbis et firmiſſimo præſidio munitæ portis infeſtus ades. Hoſtibus ante
tuum aduẽtum exultantibus metum incutis. quid plura? cæteros non dam
no, qui fortaſſe non tam ſuo arbitratu, q̃ ad maiorum præſcriptum rem ge
rebant, certe, quod conſtat, exercitus qui tribus circiter mẽſibus haud gran-
de oppidum obſeſſum fruſtra oppugnarat, idem te duce maximam urbem
momento temporis expugnauit. Sed de his hactenus. neq; enim hiſtoriam
ſcribo. etſi ad hanc rerum a te bello paceq; geſtarum materia nõ parce ſup
petebat. Redeo ad inſtituti mei rationem. Mihi ergo meas tibi lucubra-
tiones conſecrandi ea cauſa cum cæteris fuit communis, ut tributum de-
bitum litterarum fautori exoluerem. teq; munuſculo pro mea exiguitate
quantulocunq; poſſem colerem. illa peculiaris, quod cum cætera Ariſtote-
lis Opera, quæ a Ioanne Argyropolo Viro non mediocri doctrina, et utri-
uſq; linguæ perito conuerſa fuerant partim Laurentio, partim Petro Me-
dicis condicta, immo me hercule ipſorum iuſſu traducta cernerem; nefas
putaui aliqua huius philoſophi Opera a me latinitate donari, ut tibi non
bonam partem condicerem, tuoq; Nomini conſecrarem. quem philoſo-
phum maioribus tuis placuerit ſuis auſpiciis parte difficillima detegi la-
tinis hominibus. qui ante uix umbram in ea parte Ariſtotelis habebant,

Nam illa antiqua ad uerbum interpretatio, qua ante Argyropolum la/
tini Philoſophi utebantur, tot erroribus mentes humanas inuoluerat, ut
expoſitores pleraq; perperam enarrarent. cætera diuinarent magis, q̄ intelli
gerent. Sed quid ſperes ſi uerba latina, immo pleraq; me hercule barbara
phraſi, ac figuris græcis commitas? niſi ut monſtro ſimilimum ſermonem
nec græci agnoſcant, et latini iurent ad ſe nihil pertinere. Quaſi parum
eſſet, uerbis et phraſi non diſſentientibus abſtruſos ſenſus eruere. Cum eas
igitur difficultates Ioannes Argyropolus maiorum tuorum auſpiciis ma/
gna expartte fuerit demolitus, æquum eſt quæ ab ipſo ommiſſa a me con/
uerſa ſunt, et me tibi offerre, et te oblata nō aſpernari. Scio in tanta doctiſſi
morum uirorum turba, qui Veſtrum nomen celebrarunt, meam famam
in obſcuro eſſe, nec meis ſcriptis poſſe memoriam ueſtram iuuari. Sed hoc
impēſius te etiā atq; ēt oro, patiaris æquo animo ea tuo nomine decorari.
Hæc enim eſt fiducia operis hæc, ut ille ait, indicatura. Quod ſi qua no/
ſtrum eſt. i. qua latinitate donatum te indignum uidebitur, cū memineris
ipſius authorem eſſe Ariſtotelem philoſophorum facile principem, nul/
lius dignitate putabis inferius. Et ſi quando a maximarum rerum cura ani
mo relaxato hæc legere tanti putabis, inuenies, ſat ſcio, quæ ipſa materia
non diſplicebunt. Ego uero quantum in me fuit dedi operam. ut latinitas
aures tuas q̄ minime offenderet. Et in uertendis hoc tenui temperamentū,
ut non uerbum uerbo redderem, moleſte ſedula et iam olim a doctis uiris.
exploſa fidelitate, Nec rurſus ut paraphraſtis more dilatarem nimis com/
preſſa, et iuſto diffuſiora reſecarem. Sed Ariſtotelis ueſtigiis inſiſtens, quæ
unum ſimplicemq; ſenſum habere uiſa ſunt, hæc uerborum non admodū
ſollicitus latine et ornate q̄ maxime poſſem enunciarem. Lubrica uero, et
ancipitia loca, quæ in diuerſos ſenſus trahi poſſent, ita uerti, ut latina ora/
tio eandem multiplicitatem integram ingeniis reſeruaret. Hæc quidem cer
te uolui. an præſtiterim aliorum ſit iudicium. Illud certe teſtari poſſum
multū me in hoc opere laboris exhauſiſſe, quippe ad cōmunes interpretū
difficultates illa mihi non parua acceſſit, quod ſalebroſa uia, nec ea breuis ſi
ne duce peragenda fuit. qui priorum interpretū labore idcirco iuuari non
potui, quia omnia partim barbare, partim et perperā interpretati ſunt. quæ
dam maxime interpretatione indigentia non intelligētes græca uerba lati/
nis characteribus ſcripta reliquerunt. quo factum eſt, ut qui latine cōmen/
tarios in ea opera ediderunt, longiſſime plerūq; a ſenſu Ariſtotelis abfue/
rint. qui ut alia ex aliis coniectantes interdum uera diuinant, ſic plerunq;

Viri alioquin doctiſſimi uicio interpretis cecutiētes in magnos errores præcipitãtur. Qua ratione ductus difficillima quædam loca, quæ nulla fideli interpretatione ſatis poterãt expediri appoſitio ſcholiis explicare tentaui. quibus adiuta interpretatio diligentē et ingenioſum Lectorem cōmentariorū neceſſitate magna ex parte (ut ſpero) leuabit. Neq; uero ſi qui Iuniorū hæc eadem uno tempore experti latina facere editionem occuparunt, protinus erit labor noſter irritus et hæc interp̄tatio latinis philoſophis minus utilis cenſenda. Illi.n. ut mihi quidē uidetur Ariſtotelis ſenſus tot tantiſq; erroribus deprauarunt, ut uel hoc ipſo nomine interpretatio noſtra ſit inprimis expetēda. quod in præfactione Libri de Inceſſu animaliū quem ad Albertum Pium Dominum et Patronum meū conuerti, teſtatus ſum. quæ ſi diligentius illi perpendiſſent, accuratiuſq; interpretati forent, conſuluiſſem labori meo. qui ob hãc cauſam libros quoq; de Generatione et interitu laborioſum opus conuerti. cui ne ante maturitatē emittatur, iampridē otiū damus. Et nunc metereologicorū libri ſunt in manibus, quos ex uoluntate memorati principis una opera interpretamur, et iuſtis cōmentariis ex græcorū potiſſimū fontibus haurientes enarramus. Extãt.n. Alexandri Aphrodiſei. Io. Grãmatici, Olympiodori i hos libros græcæ expoſitiones, quibus latinæ cōparatæ ridiculæ ſane uideantur, et monſtris inſignes. Vale.

LIBER ARISTOTELIS DE SENSV, ET SENSILIBVS, INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

POSTQVAM DE ANIMA SEorſum, deq; ipſius ſingulis potentiis, diſſertum iam eſt, proxima eſt cōmētatio de animātibus, ac de oibus quæ VITAM ſortiunt. quæ ſunt propriæ, quæq; communes, eorum actiones. Quæ igitur de anima dicta ſunt, poſita ſint, et ad reliqua ſermōem accōmodemus. ac primū de primis dicamus. Maxima uero, tum cōmunia, tum propria, q̄ aīalibus inſunt; PROMISCVA eſſe aiæ corporiſq; uidentur, puta, ſenſus, memoria, ira, cupiditas, ac demum appetitus. Adde uoluptatem ac moerorem. Hæc.n. fere cunctis ſuppetunt animalibus. Præterea quædam cōmunia ſunt omnibus, quæ uita participant, quædam certis animalibus cōueniunt. Ex quorum præcipuis quattuor omnino ſunt coniugationes. uigilia et ſomnus, iuuenta et ſenecta, RESPIRATIO et expiratio, uita et mors. de qbus ſingulatim diſſerendū eſt, qd ſint, et quas ob cauſas cōtingant. Ad naturæ quoq; ſtudioſum pertinet diſpicere prima principia ſecundæ et aduerſæ ualetudinis. Quibus affectionibus tentari nequeunt, quibus eſt uita negata. Quo fit, ut magna pars eorum, qui rimantur ſecreta naturæ, in medicinæ cōſyderationem finem faciāt, et medicorum, qui ſapientius artem capeſſunt, a naturalibus cōmentationibus medicinam auſpicentur. Cuncta uero, quæ dicta ſunt animæ cum corpore cōmunia eſſe, inde pateſcit, quod omnia, partim cum ſenſu, partim per ſenſum cōtingūt. quorūdam uero alia ſunt affectiones HVIVS, alia habitus. ſūt, q̄ conſeruent, tueanturq;. ſunt quæ corruptionem priuationemq; moliātur. Iam uero ſenſum per corpus animæ contingere, ratio declarat. et hac ſemota experimento comprobatur. Sed de ſenſu ac de ſentiēdo diximus in libro de anima, reddita cauſa, cur hæc affectio animalibus accidat. Singulis autem animantibus, qua animantes ſunt, adeo ſenſum inſitum eſſe neceſſarium eſt, ut HOC argumēto animal ſit aliquid, an nō animal definiamus. Propria

Vitā ſor. Nā qdā uiuūt, q nō ſūt aialia, ut plātæ. de quarū quoq; affectioibus uerbi gra, odore, & ſapore, aliq̄ hic tractabuntur.

Promiſcua. cōia. nec.n. ptinēt ad corpus tm̄, nec rurſus aiæ ppria ſunt, ſed utriuſq; cōia.

Reſpiratio eſt acceptio ſpūs. expiratio eſt redditio eiuſdē.

Huius. ſenſus. Affectiones. ut ſōnus & uigilia. Nā qđ uulg° paſſionē, h̄ politiores affectionē uel affectū uocāt. & affici, qđ illi pati. Habit°. ut iuuēta & ſeneeta. Cōſeruēt. ut ſpiratio & bōa ualetudo. Corru. ut mors, morbuſq;.

Hoc aı gu. Nā ſi hēt

C

ſenſum aial eſt, ſin minus inaiatū.

uero, quæ neceſſario ſingula comitantur animalia, tactus ſunt et guſtatus. ille ob cauſam a nobis in libro de anima reddita. guſtatus alimenti gratia. quippe qui cibum dulcē ſuauemq;, a triſti et amaro diſcernit. ut hūc caueat, illum ſequatur. ac omnino ſapoe affectio eſt eius partis, quæ obtinet nutriendi facultatem. Senſus

Per externa. nō tan gēdo ſenſile, ſed ali quo medio.

uero qui PER externa operantur comites ſunt animaliū incedētium. puta olfactus, auditus, uiſus, qui ſalutis gratia dati ſunt animalibus omnibus in quibus habentur. Vt præſentiēdo ſalutarē cibum ſequantur, inutilia, et quæ nocitura ſunt, declinent. Iam quæ prudētiæ haud in expertia ſunt, eum quoq; fructum ab his ſenſibus capiunt, ut ſeſe bene ac cōmode habere poſſint. dum cōplurium differentiarum ab ipſis admonentur. ex quibus differentiis efficitur prudentia cognoſcendarum agēdarumq; rerum. Sed

Per ſe. q̄a, ſi qs reb^9 a ſe, nō ēt ab aliis inuētis, & excogitatis inſtruatur, uiſus nō mō ad uitæ neceſſaria, ſed ēt ad intelligētiā pſtātior ē auditu, q aliēa urič opa, ac pinde, plurimū qdē cōfert ad ſapiētiā, ſed ex accidenti.

inter hos ſenſus ad uitæ neceſſaria uiſus præſtātior eſt. et PER ſe. ad intelligētiam autem, ex accidēti auditus: uiſus. n. facultas plurimas ac omnifarias differētias idcirco renunciat, qa ſingula quæq; corpora colore participant. Adeo, ut ſenſilia cōmunia uiſu maxime percipiantur. Cōmunia appello, figuram, magnitudinem, motum, ſtatum, numerum: Cum auditus ſtrepitus dūtaxat diſcrimina referat. uocis etiam. ſed paucis. q̄q̄ ex accidenti auditus maximum ſit momentum ad ſapiētiam. Nam ſermo, qui exauditur, diſciplinæ cauſa exiſtit. non per ſe, ſed per accidens. quia conſtat ex nominibus, quæ ſigna, notæq; ſunt. Quo fit, ut inter eos, qui nati ſunt priuati hiſce ſenſibus, caeci, q̄ muti ſurdiq; prudētiores ſint. Sed qua facultate ſinguli ſenſus ualeant, dictum iam eſt.

IN QVIBVS autem corporis ſenſoriis fiant, nōnulli p corporum elementa ueſtigant. qui cum quinq; ſenſus ad quattuor elementa referre nequeant, de quinto ſolliciti ſunt. Sed omnium conſenſus uiſum ad ignem refert, ob ignorationem cauſæ cuiuſdam affectionis. quoniā attrito, motoq; oculo, reſplendens ignis apparet. quod in tenebris contingit, ſiue ſi genæ conteguntur. nā tūc quoq; in tenebris fit. Verum ex hac, altera manat dubitatio. Nam ſi uiſile ſentientem uidentemq; latere nō poteſt, neceſſe eſt, ut oculus ipſe ſe uideat. Cur igitur hoc quieſcenti nō uſu uenit? Sed huius rei, atq; dubitationis cām, et cur uiſus ignis eſſe uideatur, hinc licet æſtimare. Rebus LEVIBVS natura tribuit, ut i te-

Leuibus. terſis leui

nebris reuideant. non tamen, ut lumen faciant. At ea pars oculi quæ NIGRVM appellata in medio conſiſtit, leuem eſſe conſtat: hæc igitur ideo cernitur oculo agitato, quia quod unum eſt, ue- lut duo fieri cõtingit ob motus celeritatem: quæ facit, ut aſpiciẽs ab aſpecto diuerſum eſſe uideatur. Nec. n. fit, niſi hoc cito et in te nebris contingat, Nam leue in tenebris lucere aptum eſt, ut quo- rũdam piſcium capita, et ſepiæ atramentum. Cum ſi leniter ocu- lus cõmoueatur, non accidat, ut cernens et quod cernitur, duo ſi mul et unum eſſe uideantur. Sed illo ſuperiore modo oculus, ut et in refractione, ſe ipſe uidet. Nam ſi ignis eſt, ut empedocles aſſerit, et IN TIMEO ſcriptũ eſt ac exeunte, ceu de lucerna, lu- mine, uiſio fit, quid obſtat, quo minus in tenebris uiſus cernere ualeat? Et enim cauſantis, quod exeũdo, in tenebris extinguitur, ut timæus ait, uana prorſus ratio eſt. Nã quæ obſecro ẽ luminis iſta extinctio, ſi calidum et ſiccum, in humido et frigido extingũ tur, ut in carbonum igne ac flamma uidere eſt, quorum neutrũ luminis adeſſe cernitur. quod ſi adeſt quidem utrunq, fallit tamẽ ob exiguitatem, certe VRINANTIVM lumen interdiu extin- gueretur, et in glacie maxime uiſus caligaret. quod flammæ et igni tis corporibus uſu uenit. Nunc uero nihil tale cõtingit. Empedo cles igitur, ut diximus, interdum in hac fuiſſe perſuaſiõe uidetur, uiſionem fieri, exeunte lumine, ut explicatum eſt. qui ſic ait. Vt cũ aliquis iter facturus p noctem hybernam et tenebroſam, accenſo igne, ſic in laterna lucernam adaptat, ut uentorum impetus exclu dat a lumine, et flatus auertat, lumen uero quo plus diffunditur, hoc magis proſilit, ac per laternã in domitis radiis lucet, ſic ignis antiquus membranis incluſus, uelut linteis tenuibus, per pupillã in orbem diffunditur. quæ lintea profundum circũfluẽtis aquæ ſuſtinent. Sed ignis quanto latior eſt, tanto magis foras prodit. Sic igitur Empedocles uiſionem fieri interdũ ait. quãdoq; deflu ctiones cauſatur, quæ proficiſcantur a rebus uiſis. Democritus ue ro, ut recte opinatur, qui uiſum ad aquam refert, ita, cum dicit ui ſionem eſſe apparẽtem imaguunculam, uehemẽter errat. Huius n. cauſa eſt occuli leuor quod alioquin non in oculo, SED in ui dẽte poſitum eſt. Cum hæc affectio reciprocatio ſit. Sed omnino apparentium imaginum, ac reciprocationis ratio, quantum con iicere datur, non erat ſatis explorata Democrito. Quamq̃ mirũ

busq. ut ſpeculis, & marmoribus.

Nigrũ appel. de ni- gro oculi & cæteris eius partibus, uide Ariſt. li. i. de na. ani. cap. ix. iuxta Theo- dori editionem.

In timeo. Timeus apđ Platonẽ ait, lu- mẽ uiſiõe ab oculo exire, ſed i tenebris illud extingui.

Vrin. qui aqua ſub merſi natãt, urinan- tes dicunť. q ſubter aquam interdiu cer nũt ſine incõmodo.

Sed inuidẽte. ſi nul lus alterius oculum aſpiciat, nulla ſit ta- lis imago. qppe ea imaguncula incon ſtans eſt, & ſpeciem

eſt, quod ea dubitatio hominem non ſubierit, cur ex his, in quibus imagines conſpiciuntur, oculus tantum uidet. Ergo uiſum ad humorem eſſe referendum uerum eſt. non tamen contingit uidere, qua humor eſt, ſed quia perlucet. quod ipſi cũ aere cõmune eſt. Cæterum aqua conſeruari magis poteſt, et aere ſolidior eſt. Quamobrem pupilla, et oculus aſſignantur aquæ. quod experimento quoq; depræhẽditur. Nam diſſectis oculis uidere licet humorem effluentem. In fœtu quoq; admodum recenti, oculus impendio lucet, ſplendetq;. et album oculi in ſanguine præditis pingue habetur. ſcilicet ne humidum CONCRESCAT. Vnde fit, ut corporis partium oculus rigorem minime ſentiat. Si quidẽ nemo unquam INTRA genas ab algore infeſtatur. Ex anguiũ oculis ſua duritiies ꝓ tutamine eſt. Sed omnino procul eſt a ratione, aliquo prodeunte uiſionem fieri, et ad aſtra uſq; pertinere. aut aliquatenus ꝓgreſſam, ut qdã aiunt, COMMITTI. Nunquid nõ ſatius eſſet hanc cõiunctionẽ in occuli principio fieri? quamq̃ et hoc opinari ſtultum eſt. Nam quæ, rogo, eſt iſta luminis cum lumine cõiunctio? aut qui poteſt hoc fieri? quaſi uero quodlibet cum quolibet abſq; diſcrimine cõmitti ualeat. quo modo. n. mẽbrana intercedente, internum lumen queat cum externo copulari? Sed abſq; lumine uiſionem non cõſtare, diximus alio in loco. Cæterum ſine lumẽ, ſiue aer rei, quæ uidetur oculoq; interſit, motus certe, qui hac fit, uiſionem efficit. Nec immerito pars interior aquea eſt. quippe cum perlucida ſit. Cernitur enim ut extra, ſic intra quoq; non ſine lumine. oportet igitur ea pars perſpicua habeatur. Et humor ſit neceſſe eſt, cum aer eſſe negetur. Et enim anima nec in extremo occulo ſita eſt, nec ſuum illic ſenſorium locauit. quin potius in PARTE intima ſibi ſedem elegit. Oportet igitur, oculi pars interior perlucida ſit, et luminis capax. quod experimẽtis quoq; cõfirmatur. Siquidẽ uiſum iam eſt, quoſdã in prælio accepto uulnere ſecundum tempora, inſciſſisq; oculorum MEATIBVS, ceu extincta lucerna, caligaſſe. ſcilicet, quia perſpicua pars, et appellata pupilla, quaſi lampas quædam abrupta eſt. quod ſi in his contingit, ut a nobis differitur, palam fit, oportere ſingulos ſenſus ſingulis elementis reddere, aptareq;.

OCVLI ergo ſenſorium, qđ uidẽdi fungit munere, humoris eſſe

refert aſpiciẽtis oculũ. ut fit in ſpeculo.

Concreſcat. i. gelaſcat, dureſcatq;.

Intra genas. genæ ſunt. qbus oculi ſupra infraq; integunt. i quæ extremis pili ſunt, q palpebræ nũcupãt. at ait Ariſ. de na. ani. li. c. ix. Sic enĩ βλεφαρων qđ uerbũ p ὀμματων in caſtigatiorib' exẽplaribus legit, interpretari ſatius eſt Plinii authoritate li. xi. cap. xxxvi. q̃ palpebras, ut Theodorus uir alioqn doctiſſimus in citato loco, neſcio, cuius authoritate conuertit.

Cõmitti. cõiungi. ſ. prodiens lumen cũ adueniente

Parte intima. in corde, dicit. n. Ariſt. de gene. ani. li. v. ca. ii. Meat'. n. ſenſorioꝝ oium, ut dixi, cum dẽ ſenſibus agerem, tẽdũt ad cor, aut cordis ꝓportionale, ſi corde carent.

Meat. neruis quos opticos. i. uiſiuos appellant.

eſſe putare conuenit. quod ſtrepitus ſuggerit, aeris. odoratus uero aſſignetur igni. Nam actu odoratus hoc eſt, quod id, cui tribuitur uis odorandi potentia. quia ſenſile facit, ſenſum in opera eſſe: quare neceſſe eſt ſenſus hoc ſit, qđ prius erat potentia. Atqui ODOR eſt fumoſa quædam euaporatio. Fumoſa autẽ euaporatio ab igne proficiſcitur. ideoq; odoratus ſenſorio in cerebro propria ſedes locata eſt. Materia enim frigidi potentia calida eſt. Oculi ortus eodem ſeſe habet modo, ut cuius compactio a cerebro principium repetat. Eſt.n. cerebrũ humidiſſima, ac perinde frigidiſſima corporis pars. Tactus terræ aſſignatur. cumq; guſtatus ſpecies quædam tactus ſit, utriuſq; ſenſorium cor eſt. quod CEREBRO eſt oppoſitum, et cæteras partes calore uincit. Ac de ſenſoriis quidẽ corporis partibus hactenus dictum ſit. De ſingulorum ſenſuum ſenſilibus ideſt colore, ſtrepitu, odore, ſapore, tactu, in uniuerſum deſſeruimus in libris de anima.

Odor. De odore & ſapoř licet multa & pulchra ligere apud Theophraſtũ libro vi. de cauſis plãtar.

Cerebro ẽ obiectũ. i. oppoſitũ alterũ. n. frigore, alterũ caloř cæteras oẽs partes uincit. & ſic alteř alterius exceſſũ cohiber. Ari. ď part. ani. li. ii. ca. vii.

IAM quod ſit ipſorum munus, quæ operatio per ſingula ſenſoria, et quid unumquodq; appellare liceat, quid, inquã, ſit color, quid ſtrepitus, quid odor, quid ſapor, quid deniq; tactus explicandum eſt. ac primum a colore auſpicemur. Singula ſenſilia dupliciter dicuntur, actu, et potentia. Sed color actu, et ſtrepitus, ut eſt idem, utq; diuerſum a ſenſibus actu, hoc eſt a uiſione, et auditiõe, dictum eſt in uolumine de anima. Quid eſt igitur unũquodq; ſenſile, quod ſenſum facit et actũ, modo diſſeramus. Vt illic igit explicuimus, lumen eſt color perſpicui ex accidenti. Nam cum aliquid igneum perſpicuo adeſt, præſentia eius eſt lumen, priuatio uero tenebræ. Quod perſpicuũ dicimus, nõ eſt propriũ aeris, nõ humoris, nec ſi quod aliud id genus corpus eſt, ſed cõmunis quædam natura et uis, quæ ſeparari nequit. Ineſtq; his aliiſq; corporibus partim magis, partim minus. Vt igitur corporum, ſic luminis quoq; aliquod extremum eſſe oportet. Eſtq; luminis natura in pellucido INFINITO. Perſpicui ergo inſiti corporibus, extremũ eſſe cõſtat. At hoc eſſe colorẽ ex accidentibus liquet. Nã color, aut in extremo, aut ipſum extremũ eſt, quare pythagorici ſuperfitiẽ uocabãt colorẽ. quia, ut eſt in extremo corporis, ſic nõ eſt ipſum extremũ. Sed eadẽ natura intelligenda eſt, quæ extrinſecus inficitur, et quæ intus colorata eſt. Porro aer et aqua colo-

Infinito. indeterminato. incerto.

rata eſſe uidentur, ut inditio eſt aurora, quæ talis exiſtit. Sed illic quoniam eſt in infinito, non eundem colorē a proximo, accedētibuſq; obiicit, atq; a longe oſtentat aer pontus ue. In corporibus autē, niſi QVOD continet mutare cogat, ſtata cōſtanſq; eſt facies coloris. ex quo intelligitur colorem utrobiq; in eodem excipi ſuſcipiente. Perlucidum igitur quatenus corporibus in eſt, in eſt autem PLVS minus in omnibus, cauſa eſt colore participandi. At cū color in extremo ſit, par eſt, ī extremo perlucidi exiſtat. Vt color ſit extremū perſpicui in corpore definito. qui color in pluꝛcidis rebus oībus, ut in aqua, et ſi q͂d aliud ſimile huic eſt, quibus proptius color uidetur in eſſe, pari ratione per extremū in oībus habetur. Interdū itaq; adeſt perſpicuo id, quod in aere lumen facit. quandoq; abeſt. Vt ergo in aere illud lumen, hoc tenebras appellamus, ſic in corporibus album et nigrum ingenerātur.

Quod cōtinet. qđ circūſtat, ut aer, aut aqua.

Plus minus. nō æq in omnibus.

SED de aliis coloribus deinceps per partitionē diſſeramus quot modis queant generari. Poſſunt enim album et nigrum inter ſe ita cōfundi, ut ob exiguitatem neutrum illorum ſuā ſpeciē oculis repreſentet. atq; hoc modo quod ex ambobus cōflatur, uiſile efficitur. Hoc. n. nec albū fieri poteſt nec nigrū. ſed cū ſit neceſſe, aliquē colorē ſortiatur, nec ualeat ex his alterutrū uendicare, neceſſario erit aliqua mixta diuerſaq; coloris ſpecies. Ex quo intelligit, præter album et nigrum complures eſſe colores. Multos autem proportione. Tria. n. ad duo, et tria ad quattuor, et ſecundū alios numeros addi ac inter ſe confundi poſſunt, quædam nulla omnino mutua proportione adiacēt, ſed per quandam exuperantiam defectūq; incōmenſurabilē. Qui colores pinde ſe habent, ut muſicæ conſonantiæ. Nā, ut cōſonantiarū, ſic colorū quoq; ii maxime ſuaues pulchriue uideri poſſunt, q reperiunt in numeris egregie modum ac proportionem ſeruantibus. qualis eſt purpureus et coccinus color, et pauci quidam non abſimiles. ob eam ſcilicet cauſam, quæ concentuum paucitatis traditur. Cæteri colores intelliguntur, qui in numeris non ſunt. Aut certe omnes colores īnumeris ſunt, ſed alii ordinem ſeruant, alii non ſeruant, qui cū puri non ſunt, quia in numeris non exiſtunt, tales gignuntur. Atq; is quidem eſt unus modus, quo colores generantur. Eſt et alter

alter cum unus color per alterum uidetur. quod interdũ pictores faciunt, efficaciori colori alterum illinentes. ut, cum uolunt aliqd in humore uel aere contentum exprimere. Licet et a ſole exemplum petere. qui per ſe albus, per caliginem et fumum rubẽi eſſe uidetur. Atq; hoc pacto multi colores euadent, quemadmodum expoſuimus. quoniam, ut poteſt aliqua ratio proportioq; eſſe inter colores, qui habẽtur in ſuperfitie, et eos, qui ſunt in profundo, ſic quidam proportione carere ualent. Nec enim ſunt audiendi, qui antiquos imitati, colores defluctiones eſſe, et hac ratione uiſionem fieri dicunt. Qui fateri neceſſe habent, omnium rerum ſenſum, per tactum fieri. Atqui melius res ſentiretur per motum eius, quod ſenſum atq; ſenſile intercedit, q̃ tactu atq; defluxibus: In his ergo quæ inter ſe apponuntur, neceſſarium eſſet non modo magnitudinem inuiſilem, ſed tẽpus etiã inſenſile accipere. ut motus deuenientes lateant. et ſimul apparentes, unus color eſſe uideatur. At hic nulla urget neceſſitas. Sed color, qui eſt in ſuperfitie, ipſe immotus, ſed motus a ſuppoſito colore, nõ ſimilem motum faciet. quapropter non apparebit albus, non niger, ſed diuerſus. Ergo ſi fieri non poteſt, ut aliqua magnitudo ſit inuiſilis, cum ualeat quantulacunq; ab aliqua diſtantia cerni, hæc quoq; poſſet eſſe quædam mixtio colorum. et ILLO mõdo, nihil prohibet, apparere quẽdam cõmunem colorem, etiam de longinco aſpicientibus. Nulla eſt. n. magnitudo inuiſilis, ut poſt explicabimus. Si quidem eſt cõmiſtio corporum, non ſolum, ut quidam arbitrantur, appoſitis ſibi minimis, quæ ſenſum noſtrum fallant ob exiguitatem, ſed etiam rebus penitus et omnifariam confuſis. ceu diximus de cunctis in libro DE MISTIONE.

Illo mõ. ſuperiore.

De miſtione. de generatione.

ILLO nãq; modo, ea ſolum miſcẽtur, quæ uſq; ad indiuidua ſecari poſſunt. ut ad homines, equos, uel ſemina, quia hominum minimum eſt homo, equorum equus, qui cum ſibi apponuntur, utrorunq; multitudo miſcetur. Sed unum hominem cum uno equo non dicimus confundi. quæ uero ad minima ſecari nequeunt, ea confundi ad hunc modum non poſſunt. penitus et omnifariam poſſunt. et hæc potiſſimum apta ſunt commiſceri. Sed quomodo ualeat hoc maxime fieri, diximus in libris de mi-

ſtione. Quo intelligitur, neceſſarium eſſe commiſtis corporibus, colores quoque miſceri. et hanc eſſe cauſam, quod multi colores exiſtant, non impoſitionem, nec appoſitionem. Nec enim commiſtorum color a longinco unus uidetur, a propinquo nõ item. Sed undecunque unus uidetur. Erunt igitur plurimi colores, quia quæ inter ſe miſcentur, multis proportionibus miſceri poſſunt. et quædam ſeruatis numeris. quædam per exceſſum tantum. Cætera licet eodem modo dicere, ut in coloribus inter ſe appoſitis, et in ſuperfitie. Ac de miſtis quidẽ alias eſt a nobis diſputatũ. Cur ſpeties colorum, item ſaporum, et ſtrepituum præſcriptus ſit terminus, nec abeant in infinitum, poſtea diſſeremus. Quid ſit color iam diximus. et tantæ colorum diuerſitatis cauſa expoſita eſt. de ſtrepitu ac uoce egimus in libro de anima.

DE ODORE et ſapore deinceps agamus, fere enim eadem eſt affectio. ſed non in eiſdem utraque habetur. ſaporum autem, quam odorum genus exactius percipimus. quia debiliſſimum ante cætera animalia ac inter ſenſus noſtros odoratum habemus.

Tactum. Ariſt. lib. i. de natu. ani. cap. xv. tactus e ſenſibus hoi exqſitiſſimus, deinde guſtus, reliqs ſuperatur a multis.

TACTUM præceteris animantibus exquiſitiſſimum. Et guſtatus quidam tactus eſt. Aqua natura ſua inſipida expetit eſſe. ſed neceſſe eſt, ut eadem in ſe habeat ſaporũ genera, quæ ſenſum ob exiguitatem fallant, ut opinabatur Empedocles. uel materiam cõtineat, quæ omnium ſaporum ſemen obtinere uideatur, omniaque ex aqua, alia ex alia parte gignantur. Aut certe oportet, ut

Efficiẽs. ſ. cã. ut ſol, aut eius calor.

EFFICIENS ſit cauſa. humore nullam differentiam obtinente. ut ſi quis calidum et ſolem cauſam eſſe diceret. Sed inter hæc Empedoclis dictum ſane apertum mendacium eſt. Cernimus enim decerptorũ fructuum ac SOLI igniue expoſitorum ſapores a calore mutari. ut intelligatur, non tales fieri quidquam ab humore mutuantes, ſed in ipſo fructu cõmutari. et areſcentes tempore, ex dulcibus fieri auſteros, et amaros, breuiter in omnia, prope dixerim, ſaporum genera trãſeuntes, amaros, uarios, ſuaueſque effici. Iam uero aquam eſſe cunctiſeminã materiã, perinde eſt impoſſibile, ſi quidem ex eodem, ceu ex eodem alimento, uarios, effici ſapores experimur. SUPEREST, igitur mutationẽ fieri, aqua mõ aliquo affecta. Nam quod ea uis, quam ſaporem appellamus.

Soli. ut ficorum, aut uuarũ ſapores. cum hi fructus decerpti ſoli exponunt, ut fiat uua paſſa uel fic⁹.

Super. ſapores commutant aqua a calore alterata aliquo mõ. humore nullã differẽtiã obtinẽte. ut paulo ante dixit.

non ſolum a calidi facultate proficiſcatur, certum eſt. Quoniam
aqua humorum eſt ſubtiliſſima ipſo quoq; oleo ſubtilior. quãq;
oleum, quia uiſcoſum et tenax exiſtit, pluſquam aqua, quæ fragi
lis eſt, dilatatur. quo fit, ut ægrius aqua manu contineatur, quam
oleum. Sed quoniam aqua ipſa ſola, calefacta non craſſeſcit, pro-
culdubio aliqua alia cauſa deſyderatur, cum omnes ſapores craſſi
tudinem potius habeant. Sed calidum in cauſa eſt. Cæterum ſapo
res, qui fructibus inſunt, omnes in tellure uidentur i eſſe. Qua ra
tione ducti multi ex antiquis philoſophis aſſerũt, aquam a terra,
quam interfluit, ſaporem mutuari. quod aquis ſalſis potiſſimum
arguitur. Nam ſal terræ quedã ſpecies eſt. Id circo humor, qui per
cinerem colatur, amarũ ſaporem trahit. quia cinis amarus eſt. Ea
dem eſt ratio humorum, qui per alia cõmeant. Iam fontium di-
uerſitas quam numeroſa eſt: hic amarum, ille acutum, alii itẽ alios
omnis generis ſapores habent. itaq; merito in plantis omne ſapo
rum genus potiſſimum fit. Nam ut cætera, ſic humidum quoq;
a contrario pati aptum eſt. At humidi contrarium ſiccum eſt. ac
ideo cum ignea natura ſicca ſit, ab igne aliquid patitur. Sed calidũ
ignis eſt proprium. ſiccum terre. ut diximus in libris de elemẽtis.
Cæterum QVA ignis eſt, aut qua terra, nihil aptum eſt facere,
aut pati, nec quidquam aliud. Sed hactenus cuncta faciunt, patiũ
turq;, quatenus ipſis in eſt repugnantia. Vt igitur, qui colores ſa-
poreſq; in humore lauant, ſimili colore ſaporeq; humorem infici
unt, ſic natura ſiccum & terrenum, et per hæc colatum humorẽ,
calidoq; motum, afficit quadam qualitate. Eſtq; ſapor affectio fa
cta in humido a dicto ſicco, quæ guſtatum potentia ualet alterã-
do ad actum referre. Ducit. n. ſentiẽdi uim ad id, quod prius erat
potentia. Nam SENTIRE non æmulatur addiſcere, ſed contẽ
plari. Quo licet intelligere, ſaporem eſſe affectionem priuationẽ
ue ſicci, non cuiuſuis, ſed eius tantum, quæ uirtutem habet nutri
endi. Quia nec ſiccũ ſine humido, nec humidũ ſine ſicco ſaporẽ
obtinet. ut quorũ neutrũ pro cibo ſit animalibus. Sed quod ex
utroq; conflatur.

Qua ignis. quaten' eſt ſuba. actio. n. & paſſio ꝯtietatẽ ſeq̃t. At ſubæ, ut ait ph̃s in p̃dicamentis, nihil eſt ꝯriũ. Ergo ſi ignis aquã afficit, calore, aut ſiccitate uerbi gr̃a, oppoſitaſ affectiões aquæ oppugnat.

Sentire non æmul. cũ ſentimus nõ ignit' aliqs habitus, ut cũ addiſcimus. Sed ſenſus fit; cum actu opamur, ut cũ aliqd cõſideramus.

PRAEBENTVR autem aĩalibus pro cibo ſenſilia apta cõ
tingi. quæ incrementum faciunt et decrementum quorum cauſa
eſt cibus, qua eſt calidus, et qua frigidus. Nam calidũ et frigidũ

creſcere faciunt, et decreſcere. Nutrit tamen cibus in eo, quod guſtabilis eſt. quandoquidem omnia dulci aluntur. uel ſimplici uel COMMISSO. Sed hæc diſputatio pertinet ad librum de generatione. nunc quantum res poſtulat perſtringenda eſt, quoniam calor auget et nutricatiōis artifex ē. q leue attrahit, ſalſum et amarum, ob grauitatem relinquit. quod igitur calor externus in extimis corporibus facit, hoc naturalis calor in animaliū plantarūq; natura operatur. quo circa nutricatio dulci conſtat. ſed alii ſapores temperantur in cibum eodem modo, quo ſalſum et acutum in condimentum, ut diuertant, retardentq; dulce, quod impēdio nutrit. ac ſupernatat. Porro, quem admodum colores EX albo et nigro, ſic ſapores ex dulci et amaro temperantur. idq; pluris minoriſq; rōne. ſiue SERVATIS quibuſdā miſtiōis ac tēperaturę numeris motibuſq;, ſeu incerta proportione. At ſaporum ſuaues dūtaxat numeros in miſtione ſeruant. Pinguis autem ſapor ad dulcem refertur. ſalſus et amarus idem fere ſunt. Acer, auſterus, acerbus, acutus, mediū tenent. Nam ſaporum ſpecies et colorum totidem prope modum ſunt, quippe utrorūq; ſeptenæ, ſiquis fuſcum ad nigrum, ut par eſt, referendū putet. ſequitur enim ut flauus ad album referatur. uti pinguis ad dulcem. Purpureus, coccinus, ceruleus, medii ſunt inter album et nigrum. Reliqui ex horū confuſione euadunt. Porro ut nigrum priuatio eſt albi in perlucido, ſic ſalſum aut amarum dulcis in nutrimento humido. Quo fit, ut ex omni combuſtione cinis amarus ſubſideat. quandoq dē potulentum deſiccatur ex rebus, quæ comburuntur.

Cōmiſſo. cū aliis ſapoiibus tēperato.

Ex alb. qa media ex extremorū tēperamēto cōſtant. Ariſt. de part. ani. li. iiii. c. i.

Seruatis nu. ſeruata proportiōe tēperamēti.

AT Democritus et maxima pars naturalium authorū mirādū in modū fallūtur, diſputantes de ſenſu. Fingūt. n. omnia ſenſilia tactilia eſſe. qd ſi uerū ſit, proculdubio qlibet cæterorū ſenſuū tactus qdā extiſtat. qd impoſſibile eē uidere i promptu eſt. Ad hæc ſēſilibus, q̄ ad omnes ſēſus ptinēt, ut ppriis utunt. Magnitudo. n. figura, aſperū, leue, adde ēt acutū obtuſſūq; MOLIBVS attributa ſēſibus comunia ſūt. ſi nō omnibus, at certe uiſui tactuiq;. Vnde fit, ut ſēſus erga hæc decipiant, erga ppria ſenſilia nō decipiāt. ut uiſus nō fallit circa colores. nec auditus circa ſtrepitus. alii uero ut Democritus, ad hæc ppria ſenſilia referūt. Ait. n. albū eē leue, nigrū uero aſperū. idem ſapores reducit AD FIGVRAS. q̄q̄

Molibus attri. Acutū & obtuſū transferūtur & ad ſapores. & ad ſonos. & tūc ppria ſenſilia ſūt. uel guſtatus, uel auditus. hic āt accipiunt, ut ſunt affectiones molis .i. corporæ magnitudinis.

Ad figuras. Quomō Democritus refert ſapores ad figuras, latius enarrat Theophraſtus li. vi. ca. ii. de cauſis plantarū.

SIQVIS alius, maxime uiſus ſenſilia cõmunia dignoſcit. quod ſi guſtatus præſtaret, cum ſit exquiſitiſſimi ſenſus, in omni genere minima quæq; dignoſcere, cætera quoq; ſenſilia cõmunia guſtatus maxime ſentiret. et cæterarum figurarum certiſſimus eſſet iudex. Prææterea omnia ſenſilia diuerſitatem habent. uerbi gratia inter colores album nigro opponitur. inter ſapores dulce pugnat cum amaro. figura nõ uidetur figuræ opponi. Nam circulus cui figuræ eſt contrarius, ex his quæ plures angulos complectuntur? Age uero cum nullus terminus figurarum præſcriptus ſit, nõ ne ſapores infinitos eſſe neceſſariũ eſt? nec enim eſt, quod hic ſapor ſenſu percipiat, ille percipi nequeat. Sed de ſapore et guſtabili hactenus. Nam cæteræ ſaporum affectiões peculiarem diſputationem ſibi uendicant in cõmentatione de natura plantarum.

Si qs. Aut nullus alius ſenſus, aut uiſus maxime ſentit ſenſilia cõia. Qđ ſi guſtatus in hoc pſtaret uiſui, nõ ſolũ figuras, ad qs Democritus reducit ſapores, ſed ẽt caetera oia ſenſilia cõia exactius ſẽtiret guſtatus, q̃ uiſus. Cũ guſtatus ſit exqſitor ſenſus hoĩ potiſſimũ. cũ ſit qdã tactus. ut ait Ariſto. đ na. ani. li. i. ca. xv.

DE odoribus eodem modo conſyderandum eſt. Quoniam, qđ in humido ſiccum, hoc facit in alio genere ſapidum humidũ, in aere et in aqua eodem modo. his uero per lucidum cõmune eſſe, nunc dicimus. Eſt autem odoratum, non qua per lucidum, ſed qua influere et inundare poteſt ſapidam ſiccitatem. quia nõ ſolũ in aere, ſed etiam in aqua odor ſentitur. ut in piſcibus patet. ẽt in opertis TESTA ſilicea. qui nullo aere ſubeunte aquam, odorati uidentur. Aer. n. emiſſus ſummum perſtringit aquæ. et alioqn piſces non ſpirant. Si quis igitur ſtatuerit ambo, aerem, inquam et aquam humida eſſe, naturam ſapidi ſicci in humido, odorem eſſe definiet, et huiuſmodi eſſe odoratum. Sed hanc affectionem a ſapido proficiſci, ex odoratis et in odoratis rebus arguitur. Nam elementa inodora ſunt. ut ignis, aer, aqua, terra. quia ſicca et humida ipſorum in odora exiſtunt, niſi ſiquid miſtum, odorata reddiderit. Quo fit, ut mare adoratum ſit. ſcilicet quia saporẽ habet et ſiccitatem. Et ſal odoratior eſt, quam nitrum. argumẽto olei, quod ex ipſis excolatur. At nitrum magis eſt terrenum. Præterea lapis inodorus eſt, quia inſipidus. Ligna idcirco odorem habent, quia ſaporem. Ex quibus minus redolent, quæ aquatica ſunt. Item ex metallis, aurum odore uacat. quippe cui ſapor abeſt. Aes et ferrũ odorata ſunt. quãquã ſi humidũ exuratur, cũctorũ ſcoriæ ſine odore redduntur. Argentũ et ſtãnũ quædã metalla odore uincunt, a quibuſdam ſuperantur, quoniam aquoſa ſunt.

Teſta ſilicea hæc ſř, q̃ duriſſimo cortice integunť, ut purpuræ, cancri.

QVIDAM tamen opinantur odorem eſſe fumoſam euaporationem. quæ terræ et aeri cõmunis eſt. et omnes in hanc ſententiam de odore uenii͂t. Quapropter Heraclitus affirmabat, ſi omnes res in fumum uerterentur, fore, ut nares cuncta dignoſcerent. Eorum igitur, qui de odore diſputant, quidam arbitrantur odorem eſſe, quaſi uaporem, alii uelut euaporationē, ſunt, qui utrūq; eſſe affirment. Eſt autem uapor humor quidam. Fumoſa euaporatio cõmunis eſt, ut diximus, aeri et terræ. Ac ex uapore generat̃ aqua. Ex huiuſmodi euaporatione, ſpeties quædam terræ. Veru̅ tamen odor neutrum ex his uidetur eſſe. Nam uapor ad aquam refertur. fumoſa euaporatio non poteſt in aqua fieri. Atqui odorantur etiam aquatica, ut prius diximus. Præterea euaporatio ſimilis dicitur eſſe defluuiis. quæ ſi ficticia ſunt, ne hæc quidē recte traduntur. Itaq; humidum, quod aeri et aquæ inſitum eſt, aliq̄d ſumit, et afficitur quodammodo a ſapida ſiccitate. Eſt enim aer ſuapte natura humidus. Iam uero ſi effectus ſicci uelut abluti, ſimilis eſt in humoribus, atq; in aere, dubitari nõ poteſt, quin odores proportione ſaporibus reſpondeant. Cæterum hoc in quibuſdam contingit. ſunt enim odores acuti, ſunt dulces, ſunt et auſteri. acres item, et craſſi. Nam putres licet ad amaros proportiõe referre. Quoniam, ut ſapor amarus potus difficultatem facit, ſic odor putris odoratum offendit. quo itelligitur, hoc eſſe odorem in aere et aqua, quod ſapor in aqua. quare rigor et concretio ſapores reddit hebetiores. et odores demolitur. Nempe q̄a calidum motorem et artificem frigus et cõngelatio ſubmouent.

Secūdū ſap. q̄a put ſapores ciborū dulces ſunt, aut ſecus, ſic odores, q̄ a cibis redduntur.

SVNT uero ſpeties odorabilis duæ. Errant enim, qui nullas eē arbitrantur. Sed differendum eſt, quomodo exiſtunt, quoq; nõ. Eſt.n. una ſpecies odorū, qui SECVNDVM ſapores ordinem hēnt uti diximus. qui odores dulce et amarū ex accidēti obtinēt. Nam cum ſint affectio altricis potentiæ, dulces ſunt odores ciborum his, a quibus appetuntur. ſatiatis et expletis, ne odores quidē ſuaues ſunt. ſicut nec cibus ipſe odoratus ſaturis ſuauis eſt. Itaq; odores ex accidenti, ut dicebamus, dulce et amarum ſortiuntur. et cõmunes ſunt cunctis animantibus. Eſt altera ſpecies odorum, q̄ per ſe ſuaues ſunt. quales florum olores. qui nihilo magis minus ue alliciunt ad cibum. Nec inuitant, ſed potius retardāt appetitū.

Verum eſt.n.dicterium illud Stratidis in Euripidē, cum lens coquitur, unguentum ne infundito. qui.n. hac tempeſtate potulenta odoribus temperant, hi per conſuetudinem uoluptatem cogūt. donec DVOBVS ſenſibus ſuauitas pcipiatur, ut una uno. hoc itaq; odorabile HOMINI proprium eſt. cum odor qui ſaporum ordinem ſequitur, homini cum cæteris animalibus cōmunis ſit. ut iam dixi. Quod genus, quia dulcedinem habet ex accidenti, ſecundū ſapores diuiditur, alterum non item. quippe cuius natura p ſe dulcis eſt, aut amara. Vt uero huiuſmodi odor proprius homini ſit, cerebri algor eſt in cauſa. quoniam algēte cerebro ſuapte natura, cum ſanguis, qui in ipſius uenis continet, ſubtilis ſit atq; purus, facile gelaſcit. quo circa nutrimenti euaporatio, ingenio loci frigefacta, morbificas fluxiones facit. Hanc igitur odoris ſpeciē, ut mortalibus auxiliaretur, natura excogitauit. Nec huius eſt alter uſus, q̃ hic. qui certe manifeſtus eſt. NAM cibus ſuaue redolens, tā ſiccus, q̃ humectus pleruq; morbificus eſt. At ſuauitas odoris, qui per ſe ipſe fragrat, ut cunq; homines ualeant, ſemper fere iuuamentū præſtat. Et ob hoc per ſpirationē fit. non cunctis animalibus, ſed hominibus tantum. et ſanguinei generis non nullis. ut quadrupedibus, et quæ, magis aerea participāt natura. Nam odoribus ob leuitatem caloris inſiti cerebrū ſubeuntibus, hic locus ualentior redditur et uegetior. quia odoris uis natura calida eſt. Abutitq; natura ſpiratione ad duo. THORACI enim opitulatur proprii muneris functione. ſimulq; dum aliud agit, odorem ſuggerit. quia inter ſpirandum uelut extra propoſitum per nares motus fit. Sed huiuſmodi odoris genus peculiare eſt humanæ naturæ. homo.n. pro ſua magnitudine, plurimū habet cerebri, idq; humidiſſimum ante omnes animantes. quæ cauſa facit, ut ſolus, prope dixerim, animalium homo ſentiat, gaudeatq; florum, cæterorūq; id genus odoribus. ut quorum calor atq; motus tēperatus ē ad exceſſum humiditatis et frigiditatis cerebri.

> Duobus ſenſ. guſtu & odoratu.
>
> Homini pp.i. ſolus hō pſeqt odorē gia ſuauitatis, nullo reſpectu cibi. ſʒ Theophraſtos d cauſ. pla. li.vi.ca.v. haud quaq̃ hoibus ꝯſtare dicit, an & bruta quoq;. Nā & pardalim cæteris aialibus ſuauiter olere quoſdā affirmare, & uenari in ſenecta, beſtias alliciendo gratia ſui odoris.
>
> Nā cib. cū ſint duplices odores, alteri ciborꝫ q ex accidenti ſuaues ſūt, nō qbuſuis ſed eſurietibus, alteri florū & hmōi rerꝫ, qui p ſe ſuaues ſunt, qa ſemp & quibuſcunq;, prioris generis odores ſuaues ſæpe morbificos eē ait. ut coroneorum odores. q cū ſuaue oleāt, grauedinoſos tñ eē ꝓltar. poſterioris aūt ſemp fere in quacūq; ualetudine hoibus pdeſſe. Qui locus, cū ſatis clarus ſit idcirco a nobis exponit. quia uideo q̃ſdā i ſole caligare.

CAETERIS autem, quæ pulmone prædita ſunt, alterius generis odoris ſenſum natura tribuit, idq; per ſpirationem. ne, cum unū ſatis eſſet, duo faceret ſenſoria. Tribuit.n. CEV ſpirantibus, ut utriuſq; odorum generis hominibus, ſic alterius cæteris animalibus. Sed nec dubitari poteſt, quin et nō ſpirātia ſenſum habeāt

> Thora. thorax eſt cops, q̃ a collo ad pudēda uſq; ptēdit. Ariſt. de na. ani. li.i.ca.vii
>
> Ceu ſpir. Quia cuʒ ſpirēt oia, q̃ pulmo-

nē hēnt in ſpiratiōe ſpiritus, q admittit ad refrigerandū tho racē, odorē ſuggerit ciboꝝ cæteris aīantibus, ciboꝝ ac floꝝ & ſimiliū hoibus.

odoris. Et enim piſces, et omne inſectorum genus exacte et a longinquo præſentiunt, propter odoris ſpetiem, quæ ptinet ad cibū, idq; cum longe abſunt a familiari alimēto. ut apes de longe mel odorantur, nec ſecus formicarum genus. quas nōnulli ſcnipas appellant. et ex marinis purpura. Et magna pars aliorum huiuſmodi animalium celeriter per odorem cibum ſentiunt. Sed qua parte ſentiunt, non perinde dicere eſt in promptu. Vt merito dubites, qua parte odorem ſentiant, ſi ſpirantibus VNO tantū modo contingit odorari, ut fieri in cunctis ſpirantibus cernitur. Atq; illorum ſpirat nullum, ſentiunt tamen. Niſi forte placet, quinq; ſenſibus ſextum apponere, quod eſt impoſſibile. Nam odorabilis ſenſus eſt odoratus. et odorabile ILLA ſentiunt. ſed forte nō eodem modo. ſed in ſpirantibus ſpiritus ſubmouet illud quaſi operculum, quod impoſitum eſt. quo circa cum hæc non ſpirent, ne ſentiunt quidem odorem. At in illis quibus eſt ſpiratio negata, operculum ablatum eſt. ut in oculis quædam animalia genas habent. quas niſi diducant, cernere non ſit. quæ uero præduris oculis ſunt, genis uacant. quo fit, ut nulla in his detectio deſyderetur ad uiſionē. Sed cernūt ꝓtinus poſita facultate uidēdi ī expedito.

Vno tan. per reſpirationem.

Illa. animalia nō ſpirantia.

PARI ratione ex cæteris animantibus nullū auerſatur ea, quæ per ſe graue olentia ſunt. niſi ſiquid adſit, quod interitum moliatur. A talibus. n. rebus INTERITVS damna perinde patiūtur. Ac ut homines a carbonum uapore grauedinem trahūt, interdū etiam abolentur, ſic alias animantes ſulfuris ac betuminis uirus abolet, et impatientia ſui uertit in fugam. Aedem animantes odores, qui per ſe putēt, q̄q̄ bona pars ſtirpium, hos habeat difficiles, prorſus negligūt. NISI ſiquid ad guſtum eſumq; ipſarum inter eſt. Sed cū ſint ſenſus impares numero, ſitq; īparis numeri mediū numerus impar, nēpe inter ſenſus, q ad tactū referunt, puta tactū et guſtatum, et eos, qui per aliud ſentiūt. i. uiſum et auditum, medium odoratus tenere uidetur. quare eorum, quæ ad alimentum pertinēt, odorabile affectio quædam eſt. hæc autem in eodem genere ſunt. Item audibilis et uiſibilis affectio eſt. quia et in aqua et in aere licet odorari. Itaq; odorabile utriq; generi cōmune eſt. ut pote quod tactili ineſt, et audibili, ac perlucido. Vnde merito uidetur odor eſſe quædam uelut infectio et ablutio ſiccitatis in

Interitus damn. ut uultures ab unguētis canthari a roſis. Theophraſto teſte. qui & unctos ab apibus impugnati, author eſt.

Niſi ſiq. Niſi graui odore admonētur, cibū illū ſibi ſuauē nō fore, aut nocere poſſe.

humido

humido et fuſili. ſed ut cõueniat ſpecies odorabilis ſtatuere, utq; non hactenus dictum ſit,

QVOD uero pythagoricorum quidam aſſeuerant, animalia quædam odoribus paſci, non eſt uero ſimile. Primum, quia uidemus cibum compoſitum eſſe oportere, cum quæ aluntur ſimplicia non ſint. quo circa alimenti ex crementa fiunt, uel in ipſis animalibus, uel extra ut IN GENERE plantarum. Deinde humor ipſe ſolus ac miſtionis expers alere nõ ſolet. Nam quod eſt aliqd conſtitututum, corpulentum ſit, neceſſe eſt. atqui aerem corporari, a ratione longius abeſt. Ad hæc cunctis animãtibus datum eſt cibi conceptaculum, a quo trahunt, ſumuntq; corpus. At ſenſorium odorabilis in capite eſt, odorq; cum ſpiritali euaporatione ſubit. prorſus, ut ad ſpirationis locum pertingere poſſit. odorabile igitur, qua odorabile eſt, proculdubio ad alimentum non confert. ad ualetudinem confert. ut experimur, et iam dictis declarat. Ve intelligatur, hoc eſſe odorabile ad ualetudinem, quod ſapor in cibo ad ea, quæ alunt. Ac de ſingulis quidẽ ſenſoriis hactenus.

In genere plan. Nã fructus plantarũ ex crementa ipſarum ſunt.

SED quærat aliquis, ſi omne corpus ſecatur in infinitum, etiamne ſenſiles affectiões? uerbi gratia color, ſapor, odor, ſtrepitus, grauitas, frigus, calor, leuitas, durities, mollitudo, an hoc impoſſibile eſt? horum. n. ſingula ſenſum facere apta ſunt. ut quæ omnia facultate mouẽdi ſenſum cenſeant. qđ SI FACVLTAS, ſine fine diuidit ipſe quoq; ſenſus i infinitũ ſecet neceſſe eſt, utq; oĩs magnitudo ſentiri ualeat. Impoſſibile eſt. n. albũ uideas, ut non quãtum. Alioquin poſſet eſſe corpus, quod colore omnino uacet. et grauitate, et cæteris, id genus, affectionibus, et omnino ſentiri nequeat, cum hæc ſenſilia ſint. Et proinde ſenſile ex inſenſilibus cõſtaret, contra q̃ neceſſe eſt. cum ex mathematicis non conſiſtat. Age uero quo iſta diiudicabimus, et cognoſcemus? Num mẽte? At non ſunt intelligibilia, nec mens abſq; ſenſu ualet externa intelligere. An mente ſimul et ſenſu? At ſi hæc ita ſe habere demus, quid aliud q̃ illorum errori ſubſcribemus, qui inſectiles magnitudines confingunt? Nam ſic ratio ſolui poſſet, ſed hæc impoſſibilia ſunt. De quibus diximus in diſputationibus de motu. Verum tamen horum ſolutio tũc demum apparebit, cum explicuerimus,

Si fac. ſi facultas. i. potentia diuidit in infinitũ, neceſſe eſt, ut ipſe quoq; ſenſus in infinitum ſecet.

Termi.cla. numero finitæ ſint.

cut ſpeties coloris, ſaporis, ſtrepitus, ac cæterorum ſenſilium TERMINO claudantue. Nam quorum extrema exiſtunt, horū interna, terminata eſſe, neceſſe eſt. oppoſita uero extrema ſunt. habetq; omne ſenſile oppoſitionem. uerbi gratia in colorum genere, album et nigrum, contraria exiſtunt. ſaporum dulce et amarum. in ſumma omnium extrema pugnant

In diſp. in partes ꝓportionales. æqualia partes eiuſdē q̄litatis.

CONTINVVM autē, ſi IN DISPARIA ſecetur, in infinitum abit, ſin autem inæqualia, finis diuiſionis oſtendit. quod uero ꝑ ſe continuū non eſt, hoc in ſpeties finitas ſcinditur. Cum igitue affectiōes uelut ſpeties liceat appellare, quibus ſempee adeſt continuitas, intelligendum eſt, quod eſt potentia, diuerſum eſſe, ab eo, quod actu exiſtit. quo fit, ut decies milleſima pars milii uiſum aſpicientis fallat. ut ſonus in DIESI latet. licet totus cantus, cum eſt continuus, ex audiatue, fugit autem diſtantia, quæ extremis intercluditur. Pari ratiōe in cæteris ſenſilibus exiles admodū particulæ ſenſum fugiunt. Nam potentia ipſa uidentur. actu uero cum fuerint abiunctæ. Potentia. n. pedalis magnitudo bipedali ineſt, actu uero cum eſt ſepoſita. Quāq̄ HIC exceſſus ob minimam exilitatem merito abeunt in ea, a quibus continentue. ut ſi minimus ſapor mari fuerit infuſus. Cæterum quia ſenſus exuperantia per ſe ipſa ac ſeparata, inſenſibilis eſt, ineſt. n. pee potentiā ſenſui exactiori, idcirco huiuſmodi ſenſile abiunctum, non ualet actu ſentiri. At erit ſenſile, ſiquidem iam potētia eſt. actu futurū, cum admouebitur. Sed eſſe quaſdā magnitudines et affectiones, quæ ſenſum fallant, et quam ob cauſam, ac ut ſentiri ualeāt, utq; ſecus, dictum iam eſt. Cum uero tāta fuerint, ut actu ſenſilia ſint, nec ſolūm in toto, ſed etiam ſeorſum, neceſſe eſt, colores, ſapores, ac ſonos finitos eſſe numero.

Dieſi. dieſis eſt toni quarta pars.

Hic exceſſus. particulę, quæ paruitate modum excedunt.

SED exiſtit hoc in loco quædam quæſtio. utrum uel ſenſilia, uel motus, qui ab ipſis proficiſcuntue PROVT ſenſus fit, perueniant peimum ad medium, cum operantue, ut notatur in odore, et ſtrepitu? Nam quo quiſq; proximior eſt odorabili, hoc prius odoratue. Et ſonus poſt ictum ad auees peruenit. Ergo ne uiſile, et lumen hoc modo ſe habēt? ut Empedocles opinatue. qui aſſeuerat lumen, quod a ſole prodiit, prius ad interſtitiū, q̄ ad uiſum

Prout ſen. pro rōne, ac mō ſentiendi. Nā qdā opinabanť ſenſum a ſenſilibus ꝑ dfluxū affici. ipſe uero alterato medio, quouſq; ea alteratio ad ſenſum pertineat.

aut terram peruenire, quod quidem nō præter rationem contingere uidetur. Nam quod mouetur, de loco ad locum mutatur. Nempe ut ſit neceſſe, tempus itercedat, quo ab altero ad alterum moueatur. At omne tēpus diuidi poteſt. Tempus ergo fuit, quo ſol nondum uidebatur, ſed radius ferebatur per medium. quod ſi omne animal ſimul audit, et audiuit, et ut ſemel dicā, ſentit, et ſenſit, nec eſt ipſorū ſenſuum generatio, quin potius ſunt, nec fiunt, at nihilominus ita ſe habeant, ratio poſtulat, ut ſonus, qui facto ictu, nondum tamen aures obſtrepit. Confirmatur hoc argumēto TRANSFIGVRATIONIS litterarū, ceu latio fiat, in ſpatio intercedente. Nam quod prolatum eſt, non uidemur audiſſe, dum aer, qui fertur, transfiguratur. Num igitur color, et lumen ad hunc modum percipiuntur? Et enim non ut cunq; habeant, hoc cernit, illud cernitur. VT æqualia: quorum neutrum in loco aliquo ſit, neceſſe eſt. Nam, ut æqualia ſint, nihil intereſt; proxima inter ſe ſint, an longe diſtantia. An erga ſtrepitum, et odorē hoc euenire, par eſt? Quoniam aer, et aqua CONTINVA quidem ſunt, ſed utriuſq; motus diuiditur. quo fit, ut prior quodā modo idem, atq; poſterior audiat, odoreturq;, quodammodo diuerſum. Quo in loco nōnullos dubitatio uerſat, qui putant fieri non poſſe, ut diuerſi idem audiant, uideant, uel odorentur, cū ſit impoſſibile plures eſſe, et ſe iunctos audire, uel odorari. alioquin unū a ſe ABIVNCTVM eſſet. An quod principio mouit uerbi gratia tintinabulum, thus, aut ignis hoc idem et unum numero omnes ſentiunt? quod uero iam proprium effectum eſt, ut diuerſum numero percipitur, ſic idem ſpetie: quo circa complures uno tempore uident, odorantur, et audiunt. Nec uero corpora hæc ſunt, ſed affectio, et motus quidam. Aliter hoc uſu non ueniret, ſed nec ſine corpore ſunt: quāq; luminis diuerſa ratio eſt, quia lumen non eſt motus SED aliquid eſſe.

Trāſfigura. Nā cum uocabulū ſyllabatī pferat, tn̄ ab auditu lōgiuſcule diſtantis totū ſimul excipit. ut itelligat i medio latiōis factā fuiſſe illā litterarū, ac ſyllabarū confuſionē.

Vt æqual. ut correlatiua. Nā ut cūq; genitor & genitus ſe hēant, ille eſt pater, hic fili⁹, nec itereſt, quo iteruallo diſtēt.

Cōt. ſ. ſm ſubāz ſuā. tn̄ ob facilē diuiſionē uel aquæ, uel aeris, poſſunt in alterutro fieri diuerſi motus.

Abiūctū eēt: unū eēt plura, uel eēt i diuerſis locis. nec. n. alias multi ſegregati pn̄t eodē tpe eādē rē auditu pcipere. ſed ſoluit q̄ſtionē, eādē rē unā numero a pluribus ſētiri, ut unū tintinabulū, unū thus, unū ignē, ſed mot⁹, q ab eo⁊ q̄libet pſiciſcunt, diuerſos numero, unum ſpē, ad ſingulos puenire.

OMNINO autem alterationis motus aliter ſe habet, ac motus lationis. Lationes enim ad interſtitium, ut prius ueniant, ratio ſuadet. (uidetur autem ſtrepitus eſſe motus alicuius, qđ fertur) alterationes non item. Nam fieri poteſt, ut totum ſimul alteretur. nec dimidium prius, quam totum. ut aqua ſimul gelaſcit. licet ſi multum ſit, quod caleſcit, aut frigeſit, proximum a proximo pa-

Sed aliqd eē. aliqd igneū pſpicuo adeſſe, ut ſupra definiuit Ariſto. Ergo q̄a cætera, ut thus, aut tintinabulū, poſtq̄ mediū affectū eſt, licet i abſentia ſentire, corpus igneū non, niſi cū adeſt, idcirco diuerſa rō eſt. itē quia illuminatio i inſtāti eſt, cætera i tpe ſūt.

ciatur. et primā pars ab alterante mutetur, nec oportet ſimul uniuerſum alterari. Et profecto, ſi eſſemus in humore, guſtaremus, ut odoramur. et a longinquo, re nondum tacta, ſaporem ſentiremus. Nam cum inter res et ſenſorium eſt interuallum, hoc optima ratione nō ſimul afficitur: præterq̃ in lumine, ob dictam cauſam, præterq; uiſum, ob id ipſum. Nam lumen facit, ut uiſio fiat.

S E D exiſtit et alia quæſtio circa ſenſus. Vtrū fieri poſſit, ut duo ſenſilia ſimul in eodem puncto temporis ſentiantur: an ſecus? ſtatuatur ergo, ſiquidem uerum eſt, ſemper a maiore motu minorē trudi. Nam res etiam ante oculos poſitas non ſentiunt, qui aliqua in re animos ad modum habent intentos, uel qui nimio timore tenentur, aut ingentem ſtrepitum audiunt. Illud quoq; pro confeſſo maneat, rem ſimplicem exactius, quā in confuſione ſentiri, ut uinum meracum, quā dilutum. Mel quoq;, et color exemplo eſſe poteſt. et NETE ſeorſum, quā in diapaſon magis exaudit. ſiquidem alterum ab altero uelut obumbratur. quod ita demum fit, ſi unum ex coeuntibus conflatur. Quod ſi maior motus minorem excludit, neceſſe eſt, ſi fuerint eodem tempore, maior minus ſentiatur, quā ſi ſolus eſſet. quādoquidem ipſi aliquid, ob minoris miſtionem perit. Nempe quia omnia ſimplicia magis ſentiūtur. Nam ſi motus diuerſi pares ſint, neutrius ſit ſenſus, ob mutuam offuſcationem. quoniam ſimpliciter ſimili modo non licet ſentire. prorſus ut nullus ſit futurus ſenſus, aut ex utroq; alius futurus. quod nimirum fieri uidetur ex his etiam, quæ miſcentur, in quocunq; cōſtentur. Nam ſunt, ex quibus aliquid fiat, ſunt et ex quibus non. qualia exiſtunt, quæ ad diuerſos pertinent ſenſus. Quia quorum extrema contraria ſunt, ea demū miſtione coeūt. Nec ex albo et acuto unum effici ualet, niſi forte ex accidenti, nec perinde, ut concentus, ex acuto et graui temperatur. Minime igitur ualent ſimul ſentiri. Nam motuum æqualitas mutuæ obſcurationis cauſa eſt, cum ex ipſis non efficiatur unus. qui ſi diſpares eſſent, fortior eorū ſentiretur.

Nete. de nete, & diapaſon multa Ariſtoteles problematum ſectione. xix.

PRAETEREA potius ſimul anima ualet uno ſenſu ſentire duo ſenſilia, quæ ad unum ſenſum pertinēt, uerbi gratia acutum, et graue. cum motus unius ſenſus magis ſimul ſit ipſe cum ipſo ſenſu. At uno ſenſu duo ſimul ſentire non licet, niſi fuerint cōmiſta. quia miſtio unum eſſe expetit,

Præter. facilius aia poſſet ſimul ſentire duo ſēſilia, q̃ ptinēt ad unū ſenſum, ut albū & nigrū, q̃ ptinēt ad uiſū, q̃ duo, q̃ ad diuerſos, ut albū &

et unius ſenſilis unus eſt ſenſus, et unius ſimul cum ipſo. Itaq; neceſſe eſt, ut miſta ſimul ſentiat anima. quia uno ſenſu actu ſentit. cum unius numero ſenſus actu unus ſit. at unius ſpetie unus ſenſus potentia. quod ſi unus eſt ſenſus actu, illa unum eſſe nuntiabit. quare neceſſe eſt, ut hæc miſceantur. quæ cum miſta non fuerint, ſenſus actu duo erunt. At ſecundum unam potentiam tempuſq; indiuiduum neceſſario eſt unus actus. ſiquidem unius potentiæ uno tempore uſus, motuſq; unus eſt. Cum ergo potentia una ſit, fieri non poteſt, ut duo ſenſilia uno ſenſu percipiant. qđ ſi duo quæ ſub eundem ſenſum cadunt, non licet ſimul ſentire, certe quæ ſub duos, multominus, ut album et dulce. Anima .n. nihilo alio unum numero uidetur iudicare, quam quia ſimul percipit, ut unum ſpetie, ſenſu diſcernente, et modo diiudicat. quod propterea dico, quia fortaſſe cum album et nigrum ſint ſpetie diuerſa, tamen ab eodem ſenſu diſcernuntur, ut dulce, et amarum. qui ſenſus a ſe nõ differt, et eſt diuerſus ab illo. ſed oppoſitorum utrũq; diuerſo modo diſcernit, ut eadẽ ratione ea, quæ ſunt eiuſdem ordinis iudicat. Exempli gratia, ut guſtatus dulce, ſic uiſus album diſcernit: ut hic nigrum, ſic ille amarum. ADHAEC, ſi oppoſitorum motus contrarii ſunt, nec ualent ſimul in eodem et indiuiduo oppoſita ineſſe, cum oppoſita eidem ſenſui ſubiecta ſint, ut dulce et amarum, hæc nempe ſimul nequeunt ſentiri. et pari ratione, quæ non ſunt contraria, quippe quæ partim ad album, partim ad nigrum referuntur.

dulce. At illa niſi in cõfuſione tẽperata ſentire neqr, hæc ergo multominus.

Adh. Motus ꝯtrii nõ poſſunt eſſe in eodẽ ſubiecto. ſed motus albi & nigri ſunt ꝯtrii, qa proficiſcunt a ꝯtriis, ergo ñ poſſũt eẽ i eodẽ ſubiecto. i. ſenſu. q̃ eadẽ rõ eſt mediorũ. hæc. n. partim ad unum extremum referunt, partim ad alterum.

PORRO cæterorum ratio ſimilis eſt. Vt ſaporum quidam attribuuntur dulci, quidam amaro. Sed nec miſta ſimul ſentiunt. cum ſint contrariorum proportiones, ut diapaſon et diapente, niſi ſentiantur quaſi unum. Atq; hoc modo fit una proportio extremorũ, aliter non. Eſſent enim ſimul proportio multi ad paucum, uel imparis ad par, et proportio pauci ad multum, uel paris ad impar. SED quæ eiuſdem ordinis eſſe dicuntur diuerſi tamen

Sed quæ. Poſtq̃ probauit non poſſe ſimul ſentiri plura eiuſdẽ gñis, ut albũ & nigrũ, q̃ ſunt in genere colorum, nunc arguit plura diuerſi generis, tanto minus poſſe ſimul ſentiri. hoc modo. Quo quæq; magis inter ſe differunt, hoc minus ualent ſimul ſentiri, at quæ ſunt diuerſi generis, licet ſint eiuſdem ordinis, ut album & dulce, uel nigrum & amarum, cum ſint diuerſarũ ſpecierũ, plus differũt iter ſe, q̃ q̃ ſũt eiuſdẽ gñis, cũ ſub eadẽ ſpetie ꝯtineant, ergo tãto minus ualẽt ſimul ſentiri. Porro quæ ſunt eiuſdẽ generis plura ſimul ſentiri nequeũt, ergo multo minus q̃ diuerſi.

generis, plus etiam diſiuncta ſunt, magiſq; inter ſe differunt, quã ab his quæ intra idem genus continentur. eiuſdem ordinis dico, ut dulce et album, tametſi genere diſtant. Nam dulce a nigro, plus etiamnum differt, quam ab albo, nimirum ſpetie. quod ſi uerum eſt, multominus hæc ualent ſentiri, quam quæ eiuſdem generis ſunt. Si nequeunt igitur, quæ in eodem genere ſunt, ne illa quidem ualebunt, quæ in diuerſo.

QVOD autem nonnulli affirmant, concentus ſonos non ſimul ad aures peruenire, licet ſecus uideatur, decepto ſenſu temporis tanta breuitate, ut percipi nequeat, recte ne ſtatuitur? Nam poſſet forſitan iuxta hoc quiſquã dicere, quod idcirco uidemur cernere ſimul et audire aliquid unum, quia tempus interceptum fallit ſenſum.

AN hoc uerum non eſt? Nec eſſe poteſt tempus inſenſile, aut latere, ſed omne tempus ſentiri poteſt? Si enim cum aliquis ſe ipſe ſentit, uel alium in continuo tempore, fieri non poteſt, ut ſe ipſe lateat, eſt autem aliquis in continuo tempore, et tantus quantus omnino eſt, in ſenſilis eſt, patet latere tunc poſſe aliquem an ipſemet ſit, et an uideat, et nõ ſentiat, et an ſentiat. Præterea eſſe nõ poſſet nec tempus, nec res ulla, quam rem, uel in quo tempore nõ ideo ſentiret, quia in aliqua temporis parte, uel quia aliquã rei partem uidet. ſi eſt magnitudo aliqua tum temporis, tum rei ob exiguitatem prorſus in ſenſilis. ſi enim totam rem uidet, et totum ipſum tempus ſine intermiſſione ideo ſentit, quia in aliqua parte huius, uel quia illius aliquam partem uidet, ſi eſt aliqua magnitudo. Deducatur. g. b. in qua parte non ſentiebat. ergo in aliqua parte huius, uel aliquam huius partem uidet. uerbi gratia terram totam uidet, quoniam hanc partem huius uidet, et annũ ambulat, quia in parte anni ambulabat. Veruntamen in. b. g. nihil ſentiebat. Ergo quia in aliqua parte huius ſentit. a. b. dicitur totum annum, et totam terram ſentire. Eadem autem ratio eſt in. a. g. Semper enim in aliqua huius temporis parte, et aliquid huius,

totum autem non licet ſentire. Omnia ergo ſentiri poſſunt. ſed non uidentur tanta, q̃ta ſunt. Solis enim magnitudo uidetur et quattuor cubitorum moles de longinquo, at non quanta eſt ap-paret: quin pleruncq; indiuidua apparet res uiſa, quæ tamen non eſt indiuidua. huius uero cauſa ſuperius eſt a nobis reddita. Ex his ergo palam fit, nullum eſſe tẽpus inſenſile. ſed redeamus ad propoſitæ quæſtionis diſputationem fieri poſſit, an nō? ut plura ſimul ſentiantur. Cum ſimul dico, in uno et indiuiduo tempore intelligo. Primum utrum ita fieri poteſt, ut ſimul quidẽ ſentiantur, ſed diuerſa animæ parte. et ſic indiuidua, ut toto exiſtente continuo. An quia primum ea, quæ pertinent ad unum ſenſum exempli gratia ad uiſum. Si alia parte alium colorem ſenſerit, multas partes habebit eaſdem ſpetie. Nam quæ ſentit, in eodem genere continentur. Si autem quia bini oculi ſunt, dicat aliquis, nihil prohibere perinde eſſe in anima, quia fortaſſe ex his unum fit, et horum unum eſt opus, illic ſi unum fiat ex duobus, illud erit, qđ ſentit. ſin autem erunt ſeiuncta diſſimiliter ſe habebunt. Iam ſenſus iidem plures erunt. ut ſiquis diuerſas ſcientias dicat. Nec. n. actus abſq; facultate per ſe, nec ſine hac ſenſus erit. Quod ſi hæc in uno et indiuiduo ſentiuntur, profecto et alia ſentient. Hæc. n. plura ſimul ſentire magis licet, q̃ plura genere diuerſa. At ſi alia parte ſui anima dulce ſentit, alia album, utrũ ex his unũ fit, an nō unum? ſed neceſſe eſt unum conſtare, nã pars quæ ſentiendi uim habet una eſt, cuius ergo unius illud erit? nihil. n. unum ex his. Neceſſe eſt ergo una tantum pars animæ ſit, ut diximus, quo cuncta ſentit, ſed aliud genus per aliud

QVA igitur indiuiduum eſt ſecundum actum, unum eſt, qđ dulce ſentit et album. cum uero per actum diuiduũ fit, diuerſum eſt. An ut in ipſis rebus uſu uenit, ſic in anima fieri poteſt? Eadẽ nanq; res, et una numero alba eſt, et dulcis, et multa alia. Si enim affectiones inter ſe diuiſæ non ſunt, ſed eſſe ſingulis eſt diuerſum, eadem ratione in anima ſtatuendum eſt, partem cui data eſt facultas omnia ſentiendi eandem unamq; numero eſſe, ipſo tamen eſſe differre, partim genere, partim ſpetie. Prorſus, ut eodẽ, ac uno ſimul ſentire ualeat, ratione autem non eodem. Patet igitur omne ſenſile magnitudinem eſſe. nec eſſe ullum indiuiduũ ſenſile.

Eſt enim diſtantia unde uideri non poteſt infinita, unde uidetur terminata. ac eadem eſt ratio olfactilis et audibilis, et quæcunq; citra tactum ſentiuntur. Eſt ergo aliquid extremum diſtãtiæ unde non uidetur, et primum, unde uidetur, ultra quod rem exiſtẽtem ſentire non eſt, citra ſentire eſt neceſſe. Si ergo aliquod ſenſile eſt indiuiduum, cum poſitum fuerit in extremo, unde ultimũ ſentiri non poteſt, primum poteſt, ſimul eueniet, ut uideri poſſit et nõ poſſit. quod fieri nequit. Diximus ſenſoria et ſenſilia quo modo ſeſe habeant, tum communiter, tum per ſingula ſenſoria. Reliquorũ de memoria et meminiſſe primum diſputabimus.

FINIS TRACTATVS DE SENSV ET SENSILIBVS.

LIBER ARISTOTELIS DE MEMORIA ET MEMINISSE. INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

DE memoria et meminiſſe explicandum eſt, qd ſit et quã ob cauſam exiſtat, et cui animæ parti culæ contingat hic affyctus. Item et reminiſci. Nec.n.qui memoria pollent, iidem reminiſci apti ſunt. Sed magna ex parte qui tardiores memoria præſtant, prompti uero ac dociles reminiſci magis poſſunt. Principio ergo cõſyderabimus, qualia ſint ea, quorũ meminiſſe licet, in quo plerũq; peccatur. Nam quod futurum eſt meminiſſe non poſſumus, opinari aut ſperare poſſumus. Eſſet tamen fortaſſe aliqua ſcientia rerũ ſperatarũ, qualis quæ a quibuſdã diuinatio appellatur. Sed neq;, quod adeſt, meminiſſe quis poteſt, quod ſenſu potius percipitur. Senſu.n.nec futurum, nec praeteritum cognoſcimus, ſed tãtum, quod adeſt. Memoria prætetitorum eſt. Præſentis uero cũ adeſt, uerbi gratia cum hoc album quis cernit, haud dicere ualet ſe meminiſſe, ſed nec eius quod cõſyderat, intelligit ue, ſed alterũ ſentire, alterũ ſcire ſe dicit. Sed tũ demũ, cum ſciẽtia et ſenſus abſq; operibus retinentur. Sic meminit quis trianguli angulos eſſe duobus rectis pares partim qa didicit, aut contẽplatus eſt, partim quoniã audiuit, ſeu uidit, uel quidq̃ huiuſmodi. Semper.n.cum quiſq̃ per memoriam operat̃, ſibi dicit id ſe ante audiſſe. uidiſſe. aut intellexiſſe. Eſt igitur memoria, non ſenſus, nõ intellectio, ſed horũ ALTERVTRIVS uel habitus, uel affectio elapſo tẽpore. quoniam præſentis in præſentia nõ eſt memoria. ut modo diximus. Sed præſentis eſt ſenſus, futuri ſpes, præteriti memoria. quo circa omnis memoria CVM tempore eſt. Itaq; ex animalibus, eã tantum; quæ temporis habent ſenſum, meminerunt. et hoc ipſo QVO ſentiunt. Cæterum de imaginatione diximus in libris de anima, et quod abſq; imaginatione non licet intelligere. cum idẽ affectus intelligendo contingat, atq; in pictura. pingendo.n.haud reſpicientes trianguli quantitatem eſſe definitam, ipſum tamẽ quãtitate definitum deſcribimus. eodem modo intelligens, et ſi

Alterutrius.i.uel ſẽſus, uel itellectiõis. quæ.n.uł ſẽſimus, uel intelleximus, horum ſi lapſo tẽpore ſcientiã retinemus, memoriã habere dicimur.

Cũ tpe eſt. recte locus interpretat̃. nõ poſt tẽpus. Nã caſtigatiores codices nõ μιτὰ χρόνον, ſed μετὰ χρόνου habẽt. & hoc congruit dictis Ariſtotelis.

Quo ſenti. eadẽ aĩæ facultate ſeu pte meminit, qua ſẽtit aĩal ſ. ſenſuali.

quantum haud intelligat, tamen quãtum ante oculos ponit, intelligitq;, non qua eſt quantum. quod ſi natura ſit quantorum, indefinita tamen, ponit quidem quantum definitum, ſed intelligit ſolum, quatenus eſt quantum. Ergo cur neq; ſine continuo neq; ſine tempore intelligi queant, quæ in tempore nõ ſunt cauſam reddere ad aliam pertinet diſputationẽ, quo autem tempus, hoc magnitudinem ac motum cognoſcere neceſſarium eſt. porro imaginatio, affectio eſt cõmunis ſenſus. quo palam fit, primati ſenſui horum cognitionẽ ineſſe. AT memoria intelligibilium non eſt abſq; imaginatione: quare ad intellectum per accidens pertinere poſſet. at per ſe ad primatem ſenſum. quare non modo hominibus, et habentibus opinionem uel prudẽtiam, ſed aliis quoq; quibuſdam animalibus memoria data eſt. QVAE ſi partium intellectualium affectus eſſet, magnæ parti ceterorum animalium, immo fortaſſe uniuerſo mortalium generi abeſſet: quoniam ne nũc quidem omnibus adeſt. Nimirum quia nõ omnia temporis habent ſenſum. Nam ſemper ſi quis memoria comminiſcatur, ut ſupra diximus, hoc ſe audiſſe, uidiſſe, uel didiciſſe, ſentit quod prius. At prius et poſterius in tempore ſunt. Ad quam igitur animæ partem memoria pertinet? Nempe ad quam imaginatio. ac ſunt quidem memorabilia per ſe quæ pertinent ad imaginationem, per accidens aũt, quæ non ſine imaginatione.

SED quærat aliquis quo pacto p̃ſente affectiõe in rei abſentia meminimus non præſentis? Oportet nanq; intelligere quãdam affectionẽ per ſenſum eſſe ingeneratã in anima et parte corporis, qua ipſa continetur, picturæ ſimilem. cuius affectionis habitum memoriam appellamus. ſiquidem motus cum fit, quandam uelut imaginem ſenſilis inurit inſtar earum, quæ a ſignatoribus ſolẽt annulis imprimi. Et hoc eſt in cauſa, ut his qui multo motu uel ob affectum uel ob ætatem uerſantur, memoria nõ ingeneret. non ſecus ac ſi motus, et impreſſio in profluentẽ ĩcidat. Quibuſ

At me. intel. itelligibilia appellat, non mõ q̃ ꝯſideratione, potius q̃ ſẽſu pcipiunt. ut deũ & ſubãs ſepatas a mã, ueꝛ ẽt corporeas, poſtq̃ ſẽſu fuerit pcepiæ. ut igit aĩa nihil ualet intelligere ſine phãtaſia hoc eſt imaginatiõe, ſic ne meminiſſe qdẽ. q̃re memoria pprie & p ſe pertinet ad primotẽ ſenſum, ex accidẽti ad itellectũ. quo fit, ut q̃dã prudẽtiora aĩalia, q̃ tñ intellectu carẽt, ut Elephãtus & equ⁹, memoriæ principia ſint, primatis ſenſus & imaginationis beneficio.

Quæ ſi pat. hic loc⁹ nõ mõ ab aliis patũ pcipit, ſ; ẽt a. ſ. Thoma uiro alioqn eruditiſſimo & in exponẽdo Ariſtotele latinoꝝ diligentiſſimo. Qui ſi in nonnullis aliis hoꝝ libroꝝ locis uicio prioꝝ iterpretũ hallucinatus eſt, eius culpa ad illos trãſferri põt. At hoc in loco ipſius potius diligentia mihi deſyderat, q ea uerba forte nulli mortaliũ, ita exponit. forte nulli niſi homini. At nemo cũ uel græce, uł latie mortales mortalia ue dicit, ſolet humanũ genus excipe, ſ; hoc uel ſolũ uel ĩprimis ĩtelligit. qd qd̃ iã de brutis dixerat, & iepta eẽt repetitio. Ergo ſẽſus phi ẽ. Si memoria p ſe prineret ad facultatẽ aiæ itellectualẽ, nõ mõ aialia bruta memoria caretẽt, qa caret intellectu, ſed ẽt hoies. qa intellectus in hoie ñ opat ſine imaginatiõe. ut tradit Ari. lib. i. de aia. tex. co. xii. At ſi memoria pprie ad itellectũ ptineret, aia p intellectũ ſine imaginatione meminiſſet, ut nũc in brutis per imaginationẽ ſine intellectu.

dam uero imago non imprimit, quia friget ut antiqua ædificia, tũ etiã ob duritiẽ recipiẽtis affectũ. Quo circa nimiũ pueri, ac per inde maximi natu memoria deſtituunt. Nimirũ quia utriq; efflu unt. alteri ob incrementum, ob decrementum alteri. ſimili modo qui præſenti ingenio ſunt, quiq; impenſe tardo, neutri. n. memoria ualent. ſunt. n. iuſto illi humectiores, hi duriores. Ita alteris ſimulachrum non perſiſtit, alteris non imprimitur.

AT ſi quid hmõi circa memoriã accidit, utrũ hãc affectionẽ meminimus? an illud, a quo genita eſt? Nã ſi affectionẽ, rerũ abſentiũ nõ recordaremur. ſin illud, quomodo ſentiẽtes affectionẽ, rẽ abſẽtẽ meminimus quã nõ ſentimus? qđ ſi eſt in nobis quædã uelut imago et pictura, cũ huius ipſius ſit ſenſus, quare memoria alterius eſt? et nõ huius ipſius? Nã qui operat memoria, ipſum affectũ cõtemplat, ac ipſum ſenſu pcipit. quomodo igit eius qđ nõ adeſt, meminit? licebit. n. rẽ abſentẽ uidere, et audire. An hæc res ita ſe habet, ut fieri poteſt, et hoc contingit? quoniã queadmodũ animal in tabella depictũ idẽ eſt aial, idẽ imago, ac idẽ unũq; eſt utrũq;, et ſi eſſe nõ eſt idẽ utriq;, licetq; ipſum ſpeculari, qua animal eſt, et qua imago, ſic eſt ſimulachrũ in nobis. ſimulachrũ ergo qua ſeparatim et per ſe cõſyderat, cõſyderatio et ſpectrũ quodã eſt. qua refert aliud, uelut imago et monimentũ. Quare cũ motus ipſius operat, ſi qua eſt p ſe ſimulachrũ ab aĩa ſentiat, ceu quædã intellectio et uiſum ſupuenire uidet, ſin qua eſt alterius, et ut in pictura uelut imaginẽ cõtẽpletur, nec uideat coriſcũ ut coriſcũ, hic utiq; alia ſit affectio huius cõſiderationis, et cũ ut animal pictũ conſyderat. In anima uero alterũ fit, ut intellectio ſolũ, alterũ ceu monimentũ, ut illic. eſt. n. imago. quocirca interdum factis huiuſmodi motibus in aĩa noſtra ab antecedẽte ſenſu, ignoramus an hoc a pcedẽti ſẽſu pficiſcat. Et ſit ne memoria, an nõ hæſitamus. quãdoq; autẽ intelligere accidit. reminiſcimurq; aliqd nos audiſſe uel uidiſſe. quod tũc uſu uenire ſolet, cũ qui ſpectrũ ſeorſum cõſyderat, cõuertit ſe, ac ut alterius eſt, ſpeculat. quãq̃ interdũ contrariũ fit. ut Oritæ Antipherõti, et cæteris mente alienatis contigit, qui uiſa pro factis enunciabant, ac uelut memoria ſuggerente. hoc autem fit, quando quod non eſt imago, hoc aliquis ut imaginem ſpeculatur. Porro meditationes memoriã, reminiſcẽdo tuentur.

quod nihil aliud eſt, q̃ ſubinde imaginem, qua eſt alterius ſpeculari, non ſeparatim. Ac memoria quidem quid ſit, et quid meminiſſe explicatum eſt. nempe habitus ſpectri, ut imago eſt eius cuius eſt ſpectrum. Diximus itidem noſtrarum partium ad quam pertineret. utiq; ad primam ſenſualem, eam deniq; qua tẽpus ſentimus. Supereſt, ut de reminiſcentia diſſeramus.

PRINCIPIO quæcunq; in uulgatis diſputationibus uera ſunt, talia eſſe ſtatuamus oportet. Nec.n.eſt reminiſcentia memoriæ reſumptio, nec item appræhenſio. Nam cum primum aliquis addiſcit, aut afficitur, nullã memoriam reſumit. quippe cum præfuerit nulla, nec eam a principio ſumit. Sed cum generatus eſt habitus, tunc demum memoria eſt. Itaq; cum generatur affectio, ipſa nondum eſt. Item cum primum facta eſt affectio in indiuiduo et extremo, iam rei affectæ ſcientia quoq; in eſt. Si modo licet ſcientiam appellare habitum aut affectum. nihil autẽ prohibet quorundam, quæ ſcimus, per accidẽs meminiſſe, per ſe tamen anteq̃ tempus elabatur, meminiſſe non eſt. Nam hoc in præſentia meminiſti, quod prius uidiſti, aut contigit tibi. non quo nunc afficeris, eius modo recordans. PATET præterea qđ meminiſſe eſt non ſi quæ ſenſeris a principio uel didiceris nunc animo recolas, ſed cum reſumis diſciplinam, quã prius habebas, aut ſenſum, uel id cuius habitum memoriam eſſe dicebamus; hoc meminiſſe diceris. et tunc reminiſci prædictorum aliquid licet. Contingit autem ut meminiſſe et memoria ſequatur. at nõ in uniuerſum hæc fiũt, ſi quæ prius ſuppetebant, rurſus ingignantur. ſed quodammodo hoc uerum eſt, alias non. Etenim fieri poteſt ut idem eandem tẽ ſemel ac iterum addiſcat, et excogitet. Inter hæc igitur et reminiſci intereſſe oportet, ac ut plus habeat principii reminiſcentia, q̃ ſecunda eruditio. Contingunt autem reminiſcẽtiæ, quoniam hic motus illum ſequi procliuis eſt. qui ſi neceſſario ſequitur, palam eſt, quod ſi ille mouebitur, hunc quoq; mouebit. ſin autem citra neceſſitatẽ, tamen ex cõſuetudine, certe mouebit maiore ex parte.

Patet pr. hic loc⁹ parũ intelligit, ſed forſitã ſic ualeat explicari. dixerat pxime Ariſ. qđ qñ aliqs initio ſẽtit aut addiſcit nec eſt elapſus tp̃s, nõ dr meminiſſe. ſ3 ambigeret aliqs ſiqſ qđ in quadrante horę exẽpli gr̃a initio didicit, & ſolida hora ſine intermiſſiõe recolere & meditari pſeueret, nũ illud ſit meminiſſe. eſt.n. elapſũ tp̃s ex quo didicit. ac idcirco addiicit Ariſt. qđ ne hoc qdẽ eſt meminiſſe. Sed oportet, ut tp̃s elabat, quo prima cõſyderatio diſcẽtis uel ſenſus uel illud qdqd ẽ, itermittat. qđ cũ reſumit, memoria ẽ, mõ ne fuerit traditũ obliuiõi. nã ſi traditũ, ita tñ ut aliqd ueſtigium memoriæ reliquũ fuerit, quo irellectus reliq̃ inueſtigãs, amiſſa recipiat, reminiſcẽtia appellat. Contingit aũt, ut reminiſcẽrẽ meminiſſe memoriaue ſequat .i. ut ita Inueſtigãti memoria ſuccurrat, qñ q3.n. fruſtra elaboratur. At ſi ſemp ſciæ aut ſẽſus reſumptio memoria eſt uel reminiſcẽtia. ut ſi qđ ſemel didiceriſ, ita tibi exciderit, ut memoria nullo ueſtigio relicto fuerit deleta, non dicaris uel meminiſſe uel reminiſci, cũ idẽ iterũ diſcẽdo reſumpſeris. & ſic proceſſum obſcurum Ariſt. apte reor explicari.

ADHAEC nonnullos contingit plus uno motu aſſueſcere, q̃ alii multis. quo circa quædã ſemel conſpecta magis meminimus, quam alia plerunq;. Cum ergo reminiſcimur aliquo antecedentium motuum mouemur, donec eo moueamur, quem ille conſequi ſolebat. Quod ſequitur igit̃ a præſente uenamur, ſeu a quopiam alio, et a ſimili, uel a contrario, uel a proximo. et ob hoc fit reminiſcentia. horum enim motus partim iidem ſunt, partim ſimul exiſtunt, quidam alter alterius partem obtinent. Prorſus ut parum ſuperſit, quod illam partem ſubſequatur. ac hoc quidem modo inueſtigamus. quinetiam non inquirentes, hoc pacto reminiſcimur. Cum alterum motũ ille ſequitur. Sed magna ex parte motus ille ſuccedebat præcedentibus aliis, quales diximus.

Adhęc. cũ memoria fiat p imp̃ſſionẽ imaginũ, duæ ſũt cauſæ firmioris memorię. altera poſita ẽ i aiãlis aptiore igenio, altera in motu rei efficatiore. priorẽ inuit illic. Adhæc. poſteriorẽ, ubi dicit, quo circa.

NEC oportet eſſe ſollicitos quo pacto antiqua recordemur, ſed quomodo recentia. Cum eundem eſſe modum conſtet, ut cum cõtinentia recitat, qui neq; inquirit, neq; reminiſcit̃. motus enim uiciſſim conſuetudine alter alterũ conſequuntur. At cum reminiſci uoles, dabis operam, ut eius motus principiũ ſumas, cui ſuccedit ille quẽ quæris. Itaq; reminiſcẽtia celerrime ac pulcherrime fit a principio. Nam quemadmodum ſe habent res, quæ inter ſe ordinem ſeruant, ſit et motus. Ac facile memoria continent̃, quæcunq; ordine digeſta ſunt, ut diſciplinæ mathematicæ. Rurſus quæ ſeriem non ſeruant, memoriæ reluctãtur. Et hoc differunt reminiſci, ac iterum addiſcere, quod qui reminiſcitur per ſe ipſũ moueri poteſt ad id, quod principium ſequitur. Nam qui per ſe nequit, ſed per alium, is iam nõ eſt memor. Plerumq; autem cum reminiſci nequeas, ualebis tamẽ inquirere, et excogitabis. hoc aũt fit cũ hactenus multa moues, donec illum moueas motum, quẽ res ipſa ſubſequitur. Eſt enim meminiſſe hoc, quod ineſſe potẽtiam mouentem. HOC AVTEM ex ſe ipſo moueri, et ex motibus, quos habet, ut diximus. Oportet autem principium ſumere. quia loca interdum memoriam ſuggerunt. Cuius cauſa eſt, quia celeriter ab alio in aliud peruenitur. Exempli gratia a lacte in album, ab albo in aerem, ab hoc in humidum, unde autumni ſubit recordatio eum qui hoc tempus inueſtigabat.

Nec op. Maior quæſtio ẽ, quõ meminimus recẽtia, q̃ quõ antiqua. Nã ãtiqua meminimus, ob cõſuetudinẽ, q̃ inualuit eadẽ ſępe recolẽdo. ut cũ aliqs, q̃ ſæpe legerit, ſine attẽtione & aliud agẽs ꝯtinẽter recitat. Quæ ratio de recentioribus reddi non põt. ut q̃ nemo breuitate tẽporis ſæpe ualeat, recoluiſſe.

Hoc aũt, reminiſci. nec. n. iis aſſentio, q putant hæc uerba meminiſſe & reminiſci pmiſcue uſurpata fuiſſe ab Ariſt. Sed ut doceat quid ſit, reminiſci, aliqua interim de meminiſſe refert. præſertim cũ ipſe in hoc eodẽ tractatu non longe a fine inter hæc uerba inter eſſe dicat, & differentiam doceat.

Porro uniderſale, principium, ac MEDIVM omnium rerũ eſſe uidetur. quoniam ſi non prius, at certe cum ad hoc fuerit peruẽtum, reminiſceris. aut nunq̃ nec aliunde. exempli gratia. ſi quis intellexerit. a. b. c. d. e. f. g. h. Nam ſi in. e. non meminerit in. h. recordabitur. hinc. n. licet utroq; diſcurrere, retroue agere et ad. d. et ad. e. quod ſi horum nihil ueſtigat, cum ad. c. peruenerit recordabitur, ſeu. g. quærit, ſeu. f. ſin minus, at certe cum peruenerit ad a. atq; hoc modo ſemper. Iam cur ab eodem principio modo reminiſcimur, modo ſecus, cauſa eſt, quoniã ab eodẽ principio ad plura ferri poſſibile eſt. ut abs. c. ad. f. et ad. d. ſi ergo p antiquũ non mouetur, ad magis ſolitum fertur. Conſuetudo. n. naturam imitat. quo fit, ut quæ mẽte ſæpe obierimus, cito reminiſcamur. Nam ut natura alterum alterum conſequitur, ſic quod exercitio ſæpe uſurpatur, naturam facit.

PRAETEREA quemadmodum in his quæ natura fiunt, quædam præter naturam eueniunt et fortuito, ſic, atq; adeo magis peccatur in his, quæ conſuetudo præſtat. quippe quibus natura non adeo indita eſt. Itaq; iam mouentur, ut ſolent, iam ſecus, atq; eo magis, cum hinc diuertitur illuc. quare cũ aliquod nomẽ meminiſſe res poſcit, in aliud huic aſſimile incidentes ſolœciſmũ facimus, ad hunc itaq; modum reminiſci contingit.

SED ante omnia tempus cognoſcere uſui eſt, ſeu certa menſura, ſeu indefinita. Eſſe autẽ aliquid quo aĩa iudicat maius et minus tempus, perinde atq; magnitudines rationi conſentaneum eſt. Res uero magnas et a nobis remotas non intelligimus mente ad eas producta, ut de uiſione quidam opinãtur. (Nam ea quoq;, quæ nõ extant liceat intelligere pari rõne) ſed motu ꝓportionali. Sunt enim in ipſa anima ſimiles figuræ ac motus. QVID ergo inter erit, cum intelliget maiora? an quod illa minora intelligit? ſiquidem oĩa interna minora proportione exteris reſpondent.

Mediũ. uia q̃ poſſumus i memoriã rer̃ puenire. hic. n. principiũ & mediũ, qđ uĩ eſſe uniuerſale, p eodẽ accipit. nec. n. Themiſti ſententia, ſi mõ recte ab Hermolao ꝯuerſa ẽ uerbis Ariſtotelis eã cõgruere uĩ, q̃. ſ. Thomæ, q multa & hæc quoq; | ſortaſſis, | ab Alexãdro in horũ librorũ ꝯmẽtariis mutuatus eſt. quorũ aliter i exẽplo litterarũ . e. putare ẽ principium q a i medio cõſiſtit. Alter. a. principium & mediũ inueniẽdi. qm̃. a. principiũ ẽ uniuerſale ad oẽs litteras. quare, ſi cũ cæteras ſigillatim obiecit, nec potuerit alicubi meminiſſe, certe cũ ad. a. puenerit recordabit. quia principiũ eſt & mediũ, aut nuſq̃. Et certe h̃ magis experimur, ſi aliquã dictionẽ aliĩcuius carminis memoria inueſtigam⁹.

Quid ẽ. dixerat aĩas meminiſſe ꝯſyderãdo effigies rer̃ impreſſas i imaginatione, nũc q̃rit, qũo aĩa, cũ meminit, magnitudinũ diſcrimia recolit. difficile nãq; ẽ rõnem reddere. nec . n. maiorũ rer̃ externarũ maiores ſunt effigies intimæ, minorũ, minores. Rñdet, minora illa intima. i. effigies impreſſas q̃ minores ſunt rebus ipſis externis, nõ mõ rer̃ ipſarũ ſimilia eſſe, ſed etiã ita formari, ut quãtitatẽ quoq; repræſentent. quod picturæ exẽplo declarari põt. Sæpe. n. duæ imagines eiuſdẽ magnitudinis deſcribũtur, quarum altera breuem hominem, altera procerum expreſſiſſime repræſentant.

VT IGITVR ſpetierum proportionale diuerſum in eodem intelligimus, ſic diſtantiarū intelligere licet. ut ſi.a.b.mouet.b.e. efficit a.d.eſt enim proportionale.a.g.et.g.d. Cur igitur magis facit.c.d.q̄ f.g. An ut ſe habet.a.c.ad.a.b.ſic.h.ad.m. hæc igit̃ ſimul mouet. ſin autem intelligere uult.f.g.ſimiliter intelligit.b.e. ſed pro.h.e.intelligit.k.l.hæc enim ſe habent ut.f.a.ad.b.a. Cū igitur ſimul motus rei et motus temporis fit, tunc actu meminit. Poteſt autem aliquis putare ſe meminiſſe, qui tamen non meminit. Nihil enim prohibet decipi: et quī ſit immemor, memorem ſibi uideri. At fieri non poteſt, ut qui memoria operatur, is hoc non putet, ſed ignoret ſe meminiſſe. nā hoc ipſum eſſet meminiſſe. quod ſi fit motus rei abſq; motu temporis, aūt hic ſine illo, nō meminit. Porro motus temporis eſt duplex. Nam quandoq; ipſius temporis non meminit quis cum menſura. VERBI gratia ante diem tertiū, at ſe aliquādo feciſſe meminit. quādoq; cū menſura. Neq; uero nō meminit, niſi cū mēſura meminit. ųn dici cōſuetū eſt, feciſſe memini, ſed quādo fecerim ignoro. Nēpe quādo hoc ſub certa tēporis quātitate ignoratur. Sed non eoſdē meminiſſe aptos eſſe, q reminiſcentia ualent, ſupra diſputatum eſt. Differt autem meminiſſe a reminiſci non tantum ſecūdum tempus, ſed quia meminiſſe ceterorum quoq; animalium pleriſq; datum eſt, REMINISCI præter hominem nulli fere eorum, de quibus quidq̄ exploratū habemus. Cuius cauſa eſt, quia reminiſci ſimile eſt cuidam ratiotinationi. Nā qui reminiſcit̃ ratiotinatur, quod audiuit, uidit ue, aut ſimili modo affectus fuit. Eſtq; uelut inueſtigatio quedam. quod natura his tantum cōtingit, quibus eſt tributa deliberatio. eſt enim deliberatio ratiotinatio quedā. quod autem reminiſcentia ſit affectio corporalis et inquiſitio in huiuſmodi phātaſmate argumēto ē ſolicitudo, qua infeſtant̃ nōnulli cū meminiſſe etiā adhibita magna cōſideratione nequeūt, et tūc nihilo ſetius, cū iā reminiſci nō conant̃. q̄ ſolicitudo melācholicos potiſſimū angit. qppe quos uiſa maxime cōcitāt. Cauſa uero cur reminiſci nō ē i ipſis, itelligit̃, qa ut ſemel emiſſum telū ſiſtere iaculātibus haud itegrū eſt, ſic quoq; reminiſcēs et iueſtigās mouet qddā corporeū, i quo ē affectio. Sed maxime ſollicitant̃ ii q bus circa locū ſentiēdi humiditas adeſt. q̄ humiditas haud facile cohibet̃, donec quod quæritur ſubueniat, et motus recta ſubeat.

Vt igit. Quēadmodū i eodē. ſ. ſubiecto eadēq; aia intelligimus eē diuerſum proportionale ſpērū .i. diuerſa ſimulachra, q̄ ſpēs repreſentāt, ut ſimulachrū hois & ſimulachrum Elephāti, ſic intelligere oportet in eadē aia diuerſa eē pportionalia diſtantiaꝝ .i. ſimulachra repſentātia diſtantias, ſiue diſtimia tpis aut magnitudinis. Proportionale aūt alicuius ſuo more appellat Ariſtoteleſ, id qd aliud æmulat̃. ut i aialibus exanguibus humorē, q ſāguinis uice eſt, ſolet pportionale ſāguis uocare. ſic hoc in loco effigies rerū uel diſtātiaꝝ in aia impſſas, pportionalia uocat. quia res externas æmulātur, & loco ipaꝝ itellectui obiiciuntur.

Verb. hoc exemplū eſt certę tēporis mēſuræ, quam non meminit.

Remin. ſimpliciter aſſeruit homini tantum datum eſſe reminiſci Ariſto. libro primo de natu. ani. caplo primo. his uerbis. Cum memoriæ atq; diſciplinæ complures animantes eſſe pticipes poſſint, nulla tamen præter hominem poteſt reminiſci.

His. qbus locus ſentiēdi humidior eſt. hi .n. hmōi affectus ſiſtere nequeūt etiā ſi cohibere conent. poſtǭ affecti ſunt.

Quo ſit ut timores et iræ cum moti fuerint, HIS contra mouentibus non conſiſtant. Sed in idem contra moueant. Eſt autē hæc affectio nominibus. cantionibuſq́ et ſermonibus perſimilis. quorum ſi quid ore uehementer proferatur ceſſaturi et inuiti rurſus canimus. loquimurq́. Iā qui ſuperna maiora obtinent, ac pomiliones, ǭ oppoſiti, memoria minus ualent. Habēt. n. in parte ſenſuali grauitatem immodicam, nec motus a principio his ualent conſiſtere, ſed potius diſſoluuntur. Nec facile in reminiſcendo recta procedūt. Nam qui ſunt admodum pueri, aut impēdio ſenes ob motum memoria deſtituuntur. Senes in decremento, pueri in auctione nimia. adhæc pueri pomiliones ſunt uſq́ ad prouectam ætatem. Ac de memoria quidem et meminiſſe, quæ ſit horū natura, et qua parte animæ meminerunt animalia, item quid ſit reminiſci, et quomodo fiat, et quā ob cauſam hactenus dictū eſt.

FINIS TRACTATVS DE MEMORIA ET MEMINISSE.

LIBER ARISTOTELIS DE SOMNO ET VIGILIA INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

D

E ſomno et uigilia dicemus quid ſint, et utrũ ad animam corpuſue priuatim pertineant, an ad utrũq; cõmuniter. Et ſi ad utrunq;, ad quã anime corporiſue particulam. Item quam ob cauſam data ſint animantibus. Illud quoq; diſſeremus utrum omnes animantes utriuſq; ſint participes. AN aliis aliud ſit tributum; An his omnino negatum, illis conceſſum utrunq;. Præterea quid ſit inſomnium. et cur dormientes modo ſomniant modo ſecus; An ſemper quidem ſomnient, ſed experrecti non meminerunt. et ſi hoc fit, quam ob cauſam fit. Adhæc utrum fieri poſſit, ut futura prævideantur. et ſi poteſt, qua ratione. Et VTRVM humana tantum opera præſciri ualeant, an et ea, quorum cauſa penes deum eſt. Item utrum natura id fiat, an caſu.

An ali. an aliqđ genus aialiũ ſẽp ꝑ uigilet, aliud ſemp dormiat.

Vtrũ hu. utrũ in ſõniis ea ſolũ ꝑ uideri poſſint, q̃ ab hoib⁹ fieri debẽt, ut Anibalẽ Romanos deuictorũ, an ea quoq;, quorũ deus cauſa ẽ. ut peſtẽ fore, uel fulmina eẽ torquẽda.

PRIMVM illud ſatis conſtat, CVI parti animalis data eſt uigilia, eidem ſomnum quoq; tributum eſſe. ſunt enim hæc oppoſita, et ſomnus priuatio quædam uigiliæ uidetur eſſe. Nã ſemper extrema, cũm in aliis, tum etiam in rebus naturalibus fieri uident in eodem ſubiecto, et eiuſdem eſſe affectiones. exempli gratia ſanitas et morbus, pulchritudo et fœditas, robur et debilitas; uiſus et cæcitas, auditus et ſurditas. quod ex his quoq; pateſcit. Nam quo indicio uigilantem cognoſcimus, hoc quoq; dormientem deprehendimus. quoniã qui ſenſu utitur, hunc uigilare putamus. et qui uigilat, eum aliquo externo aut interno ſenſu moueri. Si ergo uigilare in nihilo alio poſitum eſt, q̃ in ſentiẽdo, dubitari nõ poteſt, quin quo ſentimus, eodem uigilemus, dormiamuſq;. Ac quia ſentire nec ad animam priuatim pertinet, nec ad corpus, cũ potẽtia et actus ad idem pertineant, ſitq; appellatus ſenſus motus quidam animæ per corpus uelut actus, patet hãc affectionem nec peculiarem eſſe animæ, rurſus nec corpus ex anime ſentire. Sed de his quæ uelut animæ particulæ nuncupantur, AC uti cum altrix

Cui parti. ſ. cordi.

Ac uti. potentia nutriendi eſſe põt ſine

F

alīis.i.ſine itellectua li & ſenſuali ut p3 in ſtirpibus. At intellectualis uel ſenſualis abſq; nutritiua facultate eſſe nequit.

ab alīis ſe iuncta ſit, ſine hac tamen nulla illarum conſiſtit, alio in opere à nobis dictum eſt. Vnde aperte colligitur nec ſomnū, nec uigiliam pertinere ad ea uiuentia, quæ incrementi tãtum et decremēti participia ſunt, ut plantæ, quippe quæ parte ſenſuali uacãt. nec intereſt, ſeparabilis hæc pars ſit, an ſecus. Nam potētia ipſum quoq; eſſe ſeparabile eſt.

Præterea. q̃ aliquid operanť nã, cū non poſſint ſemp in opa eē, ut oculus nō pōt ſemp uideř eū excedūt tp̄s, quo ualent opari, uergi gra duas ɔtinuas horas, deficiūt. ſic cōis ſēſus, cū ſemp ualeat ſētire, pacto tpe, quo ualet ſuo officio ſine intermiſſiōe. fungi linquiť, ceſſatq;, & ſomnus irrepit.

ILLVD etiam conſtat, nullum eſſe animal quod aut ſemper uigilet, aut perpetuo ſopore prematur, ſed eiſdem utraq; ſuppetit affectio. Nec fieri poteſt, ut quodpiam animal ſenſus habeat, ideméq; nec dormiat nec uigilet. Cum hæc utraq; affectio ad primarium ſenſum pertineat. Sed nec eſt poſſibile, ut harum alteutra, eidem ſemper adſit, uerbi gratia, ut aliquod genus animantiū perpetuo dormiat, aut ſemper uigilet. PRAETEREA quorum eſt aliquod opus ſecundum naturam, ea cum tempus excedunt, quo ualent in opera eſſe, deficiant neceſſarium eſt, uerbi gratia, ut oculi uidendo fatigentur, et proinde ob hoc ſenſu deſiſtant. Eadem eſt ratio manus, et cæterorum, quæ officio non uacant. Si cuius ergo ſentire officium eſt, et hoc tempus excelſerit, quo tempore continenter ſentire ſufficiebat, fatigabitur, et finem faciet ſentiendi. SI ergo uigilia cum ſenſu terminatur, et cōn trariorū alterum adeſſe, alterum abeſſe neceſſarium eſt, ſomnum irrepere oportet, qui cum uigilia pugnat. Cū cuiuis animalium ineſſe alterutrum neceſſe ſit. Et hæc quidem affectio ſomnus eſt, et ſomnus impotentia ob exceſſum uigilãdi. qui exceſſus iam ab aduerſa ualetudine, iam ab alia cauſa proficiſcitur. et proinde impotētia et reſolutio. Quare neceſſarium eſt, ut quidquid uigilat, dormire poſſit, cū ſit impoſſibile ſemper operari. Rurſus nec aliquod animal ſemper dormire ualet. Eſt.n. ſomnus affectio quædam particulæ, quæ uim obtinet ſentiēdi uinculo et torpedini ſimilis. Itaq; neceſſe eſt, in dormiente in eſſe particulam cui facultas tribuitur ſentiēdi. At cui facultas adeſt ſentiendi, id ſentire actu pōt. ſenſu aũt ꝓprie et ſimpliciter operari, et ſimul dormire impoſſibile eſt. quare nullus eſt tã altus ſopor, a quo dormiens nequeat expgiſci.

Si ḡ. Arguit nullum aial uigiliæ pticeps eē, ut uō ſōno idē pticipet ſic. Si uigilia ceſſat, ſōn' neceſſario ſeqt. qa ɔ̃triorū alterutrū adeſſe neceſſe ē. At uigiliã ceſſare neceſſū ē, cū ſenſus cū quo ipſa terminatur, neceſſario ceſſet. ḡ neceſſe eſt, ſomnū inuadere.

Pat. q̃ aialia ſōno pticipanr, late diſputat At. d na. an. li. iiii. c. x.

PARTICIPARE igiť ſomno cætera fere omnia natantia, uolatilia, et pedeſtria, manifeſto depræhenduntur. Et enim pi

ſciũ nõ mõ CAETERA oĩa, ſed molliũ et genera uiſſa ſũt dormire. quin et oculatorũ ea qbus oculi ſunt ꝑduri, ne dũ reliqua. Nec iſecta, dubiũ eſt quin ſomno participẽt, ſed breui oĩa. quo fit, ut plerũq; lateat, dormiãt, an nõ. At teſtata capiant̃ ne ſono, nec ne nondũ manifeſto ſenſu exploratũ eſt. At ſi qs dictæ rõni fidẽ habẽdã putet, hac pſuaderi facile poſſit. Cũcta ergo aĩalia ſomno participare, argumẽto eſt, qđ aĩal definit̃, qđ ſenſum hẽat, cuius ſenſus torpeditẽ quodãmõ, ac uelut uĩnculũ, ſoporẽ eẽ dicimus, ſolutionẽ ac laxationẽ, uigiliã. Plãtæ neutrius affectiõis participes eſſe poſſunt. Nã ſine ſenſu nõ cõſiſtit, neq; ſomnus, neq; uigilia. Iã uero qbus datus eſt ſenſus, his quoq; mœrere et lætari datũ eſt. tũ q̃ his affectibus tẽtant̃, hæc cupiditas quoq; ſollicitat. q̃ oĩa plãtis negata ſũt. Illud quoq; inditio eſt, qđ pars q̃ uim obtinet nutriẽdi, magis in quiete, q̃ in uigilia opere ſuo ꝑficit. quo tpe magis alunt̃, et creſcũt aĩalia, nullo ſenſu ad ea deſyderato. ſed quam ob cãm dormiat̃, uigilet̃q;, et per quẽ ſenſum, per quos ue, ſi plures exiſtunt, deinceps conſyderemus.

ANIMALIA ergo partim oẽs habẽt ſenſus, partim nõnullis carẽt, ut auditu et uiſu, nã tactus et guſtatus nulli negati ſunt, niſi forte impfecto cuipiã, de qbus rebus dictũ eſt i libris de aĩa. At in uniuerſum impoſſibile eſt, ut ullo quouis ſenſu aĩal dormiens tangatur. quas ob res manifeſtũ fit, hãc affectionẽ neceſſario cunctis ſenſibus in ſomno adeſſe. qbus ſi partim ineſſet, partim ſecus, dormiẽs qđ eſt impoſſibile, quadã tenus ſentiret. Sed ineſt ꝑ ſingulos ſenſus propriũ quiddã et quiddã cõe. Propriũ ut uiſus propriũ eſt uidere, auditus audire, q̃ eadẽ rõ cæterorũ eſt. Eſt quoq; potẽtia quædã cõis, quæ oẽs cõſequit̃ ſenſus. NAM uiſum et auditũq; et ſenſum. Nemo n. uiſu uidet ſe uidere, ſed iudicat̃, et iudicari põt, diſcrimẽ iter dulcia et alba nõ guſtatu ſeorſum, aut uiſu, nec utroq;, ſed parte quadã oĩbus ſẽſibus cõi. Eſt. n. ſenſus unus et princeps ſenſoriũ unũ, eſſe aũt ſenſus in unoquoq; genere diuerſum, ut ſtrepitus et coloris. At hic ſenſus cõis cũ ſenſu tactus potiſſimũ eſt. TACTVS. n. ab aliis ſenſibus ſe iungit̃, cũ cæteri ab ipſo ſecerni nequeãt, de qbus rebus diximus i diſputatione de aĩa. Ex his ergo intelligi põt, uigiliã et ſomnũ eſſe cõis ſenſus affectionẽ, ac ꝓinde cũctis aĩantibus ieſſe, cũ oĩbus inſit ſolus tactus.

Cætera. ꝑter teſtata. pẽdet. n. ſenſus uſq; ad illum locũ, at teſtata.

Ani. aĩalia terreſtria, q̃ aĩal gñant. & q̃ ſanguine ꝑdita, aĩal pariũt, oĩa cũctos hñe ſenſus. De quo multa Ariſtot. lib. iiii. de natu. anim. c. viii.

Nã. ea potẽtia cõia ꝯſequit uiſum, auditũ, & ſenſum, & cætera, & diſcrimia oĩum ſẽſuũ diiudicat. Sẽſum aũt ꝓ tactu poſuit. ut uulgo fieri ſolet. Et ipſe Ariſto. in hoc itellectu uſus ẽ. đ pti. ani. li. ii. c. xvii. ubi ſic ait. Eſt. n. hõ oĩuz maxime aĩaliũ ſenſu facilis, guſtus, aũt tactus quidã eſt. Atq; eo in loco ſenſu facilis pro tactu facilis ponat̃ declarat illud de nat. ani. li. i. c. xv. Tactus e ſenſibus hõi exqſitiſſim᷑, deinde guſtus. teliqs ſupat̃ a multis.

Tactus. Tactus ſine aliis ſenſibus in nonnullis aĩalibus eſt. ut in ſpõgia. Cæterorũ ſenſuum nullus eſſe põt ſine tactu.

Nec conuenit aliquam omnium ſenſuum affectionẽ eſſe cām ſomni. NAM quos ſimul operari nec eſt neceſſe, nec poſſibile ullo pacto, hos neceſſario feriari et otioſos eſſe ſimul, non eſt probabile; quinimmo oppoſitum cauſatius contingat, ut non ſimul quieſcant. et quod de his modo dicimus, rationi conſentaneum eſt. Nam ſi ſenſuum princeps et ad quem cæteri referuntur aliquo modo afficitur, neceſſe eſt, ut cæteri quoq; omnes afficiantur. At ſi quis illorũ deficiat non protinus hunc deficere neceſſarium eſt.

Nã. impoſſibile eſt oẽs ſẽſus ſimul operari. ergo impoſſibile eſt oẽs ſenſus ſimul qeſcere, imo oppoſitũ cõtingit. ſ. oẽs nec ſimul in opa eẽ, nec ſimul feriari.

PORRO multis argumẽtis colligit, nõ in otio ſenſuũ, cũ eorũ nullus eſt uſus, ſomnum cõſiſtere, nec ob eã cauſam, quod ſentire nequeamus. Hoc enim uſu uenire in defectibus animi ſolet. qui defectus ſunt ſenſuum impotentia. Huiuſmodi quoq; ſunt mentis quædã captiones. Adde, quod ſi cui uenæ, quæ i collo habẽtur cõprimãtur, reddetur is ſine ſenſu. Sed tunc demũ ſopor adeſt, cum uſus deficit non cuiuſuis ſenſus, nec quacunq; de cauſa, ſed (ut dixi) principis, quo cætera ſentiuntur, quo deficiente, cæteros oẽs a ſentiẽdo deficere oportet. At non e diuerſo, ſiqs illorũ defecerit, huius quoq; deliquium conſequetur.

DEINCEPS quã ob cauſam dormire contingat, et qualis hæc ſit affectio dicemus. plura enim ſunt cauſæ genera. Nam CVIVS gratia. Et unde pricipiũ motus. Materiã quoq; et rõnẽ cauſas eſſe dicimus. Primum igitur cum natura, alicuius, quod bonum eſt, gratia operetur, nec poſſit, quod moueri eſt aptum, ſemper et continenter cum uoluptate moueri, quietem tum neceſſariam, tum utilem eſſe patet. At ſomno re ipſa perſuadente, hæc eſt tributa tranſlatio, ut QVIETIS nomine cenſeatur. Itaq; ſalutis animantium cauſa exiſtit. Cæterum uigilia finis eſt. Nam ſentire et intelligere finis eſt, omnibus quæ alterutrius capacia ſunt. quippe cum hæc optima ſint, et finis ipſe optimum. Præterea ſingulis animantibus ſomnum obrepere neceſſarium quidem eſt, ſed expoſitione. Nã ſi animal eſt, ſuamq; obtinet naturã, neceſſario q̃dã ei adeſſe cõuenit his exiſtentibus alia.

Cuius gra, eſt finis. unde pricipiũ motus, efficiẽs. mã qd ſit, ſatis patet, rõ eſt ſorã.

Quie. no. ſomnũ, qetẽ p tranſlationẽ appellamus, & p dormire, quieſcere dici mus.

SED iam quo motu, quaq; actione exiſtentibus in corpori-

bus uigilare et dormire contingat animalibus differamus. IN
TELLIGENDVM eſt igit̃ cæteris aialibus (exanguibus dico)
eaſdē ineſſe affectionis cauſas, atq; ſanguineis, uel certe harū rerū
proportionalia, ſanguineis aūt eaſdē q̃ hominibus. quare ex ho
minibus cūcta iure æſtimabimus. Principiū ſenſus ab eadē aialiū
parte fieri, aqua et motus initiū, alio in opere iā definitū eſt. quod
quidē principiū eſt, ex tribus diſcretis locis q̃ medius cōſiſtit capi
tis et uētris inferioris. ideſt in ſanguineis cor, quod nulli ſangui
neorū negatū eſt. Et hinc eſt principiū, tū ſenſus, tū ēt præcipuũ
motus. Planū eſt igit̃ hac in parte motus et ſpiritus ac demū re
frigerationis principiū eſſe. At eas partes, q̃ ſpirāt, et humido re
frigerāt, ad tuēdū calorē, qui hac i parte cōſiſtit, ſibi natura cōpa
rauit. de quo priuatim poſtea diſputabimus. Exanguibus aūt et
inſectis et his, q̃ ſpiritū nō admittūt, hoc principiū in proportio
nali cōſiſtit. ſpiritus eni natiuus attollere ac uiciſſim cōprimere ui
det̃. qđ in totipennis declarat̃, ut in ueſpis, apibus, muſcis, et cæte
ris id genus. Verū qa ſine uiribus impoſſibile eſt mouere, aut fa
cere, quas uires miniſtrat ſpiritus externi cōtētio his, quæ ſpiritū
admittūt, ſpiritus āt natiuus, nō ſpirātibus, idcirco PENNATA
cū mouent̃ attritione ſpūs i cinctū ꝓcidētis, bōbos edere uident̃.
Mouet̃ autem oē animal, aliquo ſenſu proprio, uel alieno, facto
in primo ſenſu. Quod ſi ſomnus et uigilia ſunt affectiones huius
particulæ, dubitari non poteſt, quo loco, et qua primum parte
ſint. quod uero nonnulli dormientes mouentur, et faciunt mul
ta opera uigilantium, non ſine imaginatione et ſenſu quo
dam id contingit. Nam in ſomnium, de quo mox dicemus,
ſenſus quodammodo eſt. Sed cur experrecti, quæ ſomnia
uerint, meminerunt, quæ fecerint, ut uigilantes, non memine
runt, in problematis reddita cauſa eſt.

FINITIMA his diſceptatio ſeq̃t̃, q̃bus de cauſis, et unde pri
cipiū huius affectionis ꝓficiſcat̃, uigiliæ dico, atq; ſomni. Illud cō
ſtat neceſſariū eē animali, cū primū habet ſenſum, cibū ſumere et
incrementum, item ſanguineis ultimum alimentum, ſanguinem
eſſe, exāguibus, ſanguinis ꝓportionale, cuius ſanguinis locus eſt
in uenis, uenarū principiū ē cor, ut diſſectiones declarāt, ut cōſtet
ſubeunte alimento ſua cōceptabula, fieri ad uenas euaporationē

Intelli. in hoib' cōſy
derabimus ſōnicās,
& qūo fiat, qa eædē
res ſūt cā ſōmni cæ
teris aialibus ſangui
ne ꝓditis, ac hoib'.
porro exāguibus eę
dē atq; ſanguineis,
aut eaꝝ reꝝ propor
tionalia. Nā cū cere
brū & cor qđ cūctis
ſāguineis tributū ē,
ſit in cā ſomni, huic
gn̄i, exāguib', q̃ oia
fere cerebro & cor
de carēt, ꝓportiona
lia cerebri & cordis
ſunt i cā ſomni. ſimi
lis eſt rō ſanguinis,
q̃bus aūt ſanguis ne
gatus ē, his nec cor,
nec cerebꝝ: nulla de
niq; uiſcera data eē,
ſanguineis cūcta, te
ſtat̃ Ariſto. de parti.
ani. lib. iii. cap. iiii.

Pennata. inſecta, q̃
pennas habent.

ubi alimētū uerſum in ſanguinē permeat ad principiū. Sed hæc
cum diſcuſſa ſint in libris de alimento, idcirco repetuntur, ut prin
cipia motus conſyderemus, et quomodo affecta parte ſenſuali,
contigit dormire, et uigilare. Nec enim quæuis ſenſus impotentia
ſomnus eſt ut diximus. Nam captio quoq; mentis et ſtrāgulatio,
defectioq; animi interdum in cauſa ſunt huius impotentiæ. iāq;
uiſum eſt, defectis animo ineſſe uehementem imaginationem.
Sed anceps hic locus ē, nec cōtrouerſia uacat, ſi. n. fieri pōt, ut aio
defectus dormiat, nihil ꝓhibet, et ſpectrū ipſum eſſe ſomniū. Ac
multa ſunt q̄ loquunt̄, quia capiunt̄ uehemēter hoc morbo, et q
mortui eſſe uident̄, de q̄bus omnibus ad eūdē modū ſtatuēdum
eſt. Cæterū (ut diximus) nō omnis ſenſus impotētia, ſomnus eſt.
Sed ex euaporatione alimēti cōtingit hæc affectio. Neceſſe eſt. n.
ut quod in uaporem ſoluit̄, quodam tenus impellat̄, ac in de reci
procet, fluatq; euripi ritu. Calidū aūt cuiuſq; aīalis ſuapte natura i
ſublime fert̄. cū uero poſſedit loca ſuperiora, ibi dēſatū retrocedit,
atq; regredit̄. quo fit, ut ſtatim a cibo ſomnus maxime inuadat,
Nā impēdio humidū aut corpulētū, denſum in ſublime fertur, et
cōſiſtēs aggrauat, inducitq; ſomnū. et cū deorſum refluit, et reci
procans trudit calorē, tū uero fit ſomnus et animal dormit. qua
rū rerū fidē faciūt ea, quæ inducēdi ſomnū facultatē habēt. q̄ oia
capiti ſunt grauedinoſa, tū potulēta, tū etiā eſculēta. ut papauer,
mādragora, uinū, loliū, Qui ergo dormitātes opprimūtur, hoc
mō ii affici uident̄, nec caput, nec genas attollere ualent. et huiuſ
modi ſomnus maxime cibaria ſequit̄, ut q̄ plurimā efficēt exhala
tionem. Iā et labores quoſdā ſomnus cōſequit̄. Nā labor tum ha
bet liquefaciēdi. et liquamētū, modo neſit frigidū, pro incocto ci
bo eſt. ſunt quoq; morbi, q id ipſum efficiunt, nēpe qui ex humi
do et calido ex cremēto pariunt̄, qd febriēntibus cōtingit et lethar
gicis. Itē prima ætate ſomnū cōciliari, infantiū profundus ſom
nus declarat. quoniā totū alimētū in ſublime fert̄. Argumēto, qd
in prima ætate partes ſupnæ infernis cōparatæ, maximæ ſunt. ſci
licet qa in has fit incremētū. Quæ eadem cauſa eſt, ut infantuli
comitiales reddant̄, cui malo ſomnus ē, ſimilis. VNDE fit ut pluri
mos huius morbi principiū tētet, dū dormiūt, q i ſomno eo mor
bo implicant̄, i uigilia nō implicātur. Nā plurimus ſpiritus i ſubli
me latus cū remeat, uenas iflat, hiſq; meatus obturat, q̄ fit ſpiratio.

Vnde fit. Nā multi dormientes in cubo infeſtātur, quē morbum Ariſto. principium morbi comitialis appellat.

QVARE uini uſus infantibus et nutricibus obeſt. Nã fortaſſis
nihil intereſt, infantuli bibãt, an nutrices. Sed bibere oportet dilu
tũ et modicũ uinũ, cũ ſit ad modũ ſpiritoſum, et tanto magis ſi
atrum eſt. Hactenus uero infantulorũ ſuperiora referta ſunt ali-
mento, ut quinq; menſes colla minime flectãt. Perinde.n.atq; te
mulẽtis, plurimus humor his ſurſum exhalatur. quã affectionẽ iis
cauſa eſſe, ut fœtus in uteris primũ quieſcant, uerisimile eſt. Adde
qđ in uniuerſum illi ſomniculoſi ſunt, in qbus uenæ nõ habent
cõſpicuæ. et nani, et capitoſi. illis.n.ãguſtiores ſũt uenæ, q̃ ut faci
le humor defluens ualeat cõmemorare. Nanis et capitoſis multus
impetus et exhalatio in ſublime fert. Nã uenoſi, niſi cõtraria adſit
affectio, nõ ſũt ſomniculoſi, ob meatuũ facilẽ fluxũ. Nec qui abũ
dãt atra bili. quia frigente intimo loco, nõ fit multa euaporatio:
quare cũ aridi exiſtãt, ſunt tamẽ uoraces. corporibus ſic affectis, ut
nihilo frui uideãt. At atra bilis, cũ ſit frigida natura, refrigerat lo
cum nutriẽdi, et reliquas partes, ubi hmõi excremẽtũ adeſt poten
tia. Ex dictis ergo intelligit, ſomnũ eſſe, collectionẽ caloris interni
atq; naturalẽ reciprocationẽ, pp cãm pdictã. quare dormitantis
motus plurimus eſt. Simul autẽ deficit, frigeſcitq;, decidunt frigo
re genæ, et frigẽt ſuperiora atq; extima, cum intima et infima cale
ant, ut pedes et uiſcera.

Quare. uini uſus in
fantibus eſt i cauſa
morbi comitialis. ſi
ue ipſi multũ bibãt,
ſiue nutrices. Et hęc
uĩ eſſe potiſſima cã,
quare Bononię plu
rimi hoc morbo la-
borẽt, ubi uſus uini
iũ infantibus, iũ mu
lieribus frequẽs eſt.
Cõtra in Hiſpania p
ſertim in betica, pau
ci. q̃a raro pueri an-
te pubertatem, aut
mulieres ante nu-
ptias uinũ bibunt.

SED non imerito quiſq; hoc in loco hæreat. Nã ſi poſt cibum
ſomnus uehemẽs inuadit, eſtq; uinũ ſomniferum, et alia, quibus
calor ineſt, pugnãtia hæc eſſe uident, ſomnũ eſſe refrigerationẽ,
et calidas eẽ dormiẽdi cauſas. Vtrũ hoc iõ cõtingit, quoniã ut uẽ
ter inanis ac ieiunus calet: idẽ repletus refrigerat ob motũ, ſic et
meatus, et loca capitis frigeſcũt, ſublata exhalatione? an queadmo
dũ ſuffuſi hũore calido, protinus cõtremiſcũt: ita illic, ſubeunte ca
lore, frigidũ collectũ frigefacit, extenuatq;, qđ natura calidũ ẽ, et
cedere cogit. Præterea cõgeſto multo nutrimẽto, qđ calidũ ſurſũ
emittit, donec cõcoquat, frigeſcũt ſupiora. ut ignis, cũ ligna ipo-
nũt. Nã ſõnus ũt pdiximus fit, ſublato p uenas ad caput alimẽto
corpulẽto a calore, cũ uero amplius uires nõ ſuppetũt, ſed multi-
tudĩe uincit, qđ erat ſublatũ, repellit, refluitq;. Propterea, ſublato
calore, q ſubferebat, plabunt hoies. quod aĩal ex cunctis ſolum
incedit erectũ. et prolapſum demẽtiã facit. deinde imaginationẽ.

An hæ ſolutiones peobabiles ſunt in reddenda cauſa refrigrratio nis ?Cæteeũ precipua(ut alias dixi)cauſa cerebrum eſt totius coe poris frigidiſſimum uel proportionale huius, carentibus cerrbro. Ergo qurmadmodum humoe, qui a calore ſolis exhalatur, cũ ad ſupernum locum peruenit, ob rigorem eegionis frigeſcit, et denſatus in aquam, demittitur, ſiccum calidum ad cerebrum emiſſum eſt, ex cretoria euaporatio in pituitam abit. quo circa diſtillationes a cerebro proficiſci uidentue. Vapoe autem nutriens nec morbificus, concretus defertue, et calidum eefrigerat. facit uero exilitar et anguſtia uenarum cerebrum circunſtantium, ad refrigerationem, ac ne facile uapoees admittantue. Itaq; refrigrrationis cauſa hæc eſt. Tunc uero expergiſcitur animal, cum facta con coctione, caloe qui a circunſtante ſuppreſſus ſe in anguſtum rece perat, uictor euadit, et corpulentior ſanguis a puriore ſecernitue. Eſt uero tenuiſſimus is ſanguis, qui in capite habet, craſſiſſimus et maxime turbidus, qui in partibus infernis. Sed omnis ſanguinis(ut hic et alias diximus) principiũ eſt cor. EX domiciliis, quæ in corde ſunt, medium commune eſt, extremum utrumq; ex ambabus uenis, ex ea in quam quæ magna uocatur, et ex aorta, ſuſcipit Sanguinem. In medio uero diſcretio fit. de quibus rebus alias diſſeeitur aptius. Ergo quia potiſſimum poſt cibum ſanguis confuſus generatur, ſomno opprimimur. donec diſcreti ſanguinis pars purior in ſublime feratur, feculenta deorſum quo facto expliciti ciborum grauedine, excitamur. Ac ſomni quidẽ cauſa quæ ſit, explicatum a nobis eſt. Reciprocatio ſcilicet corpulentæ exhalationis. quæ a natiuo caloee elata denſioe regreditur ad primatem ſenſum. Diximus et quid ſit ſomnus. Eſt enim uinculum primi ſenſus. contingit autem cum uires ad operam non ſuppetunt. Sed neceſſario, cũ nequeat eſſe animal, ut nõ idẽ his accidentibus perficiatur. Eſtq; ſomnus ſalutis gratia, conſeruat enim alterna Requies.

Ex dom. cor triplex habet domiciliũ .i. triplicem ſinũ. lege Ariſt. de nat. ani. lib. i. c. xvii. ſed de his uenis eodẽ lib. c. iiii.

FINIS TRACTATVS

DE SOMNO ET

VIGILIA.

LIBER ARISTOTELIS DE INSOMNIIS INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

DEinceps de inſomniis diſſerendum eſt, et primum qua parte animæ uideantur, et utrũ hæc affectio itellectualis particulæ ſit, an eius cui tribuitur uis ſentiendi. Nam his ſolum cognoſcimus quidpiam ex his, quæ nobis inſunt. quoniam ſi uiſus officiũ eſt uiſio, auditus auditio, et deniq; ſenſus ipſũ ſentire, ſi ſunt ſenſilia partim cõmunia, ut figura, magnitudo, et cætera id genus, partim ꝓpria, ut color, ſtrepitus, ſapor, ſi deniq; nullum animal compreſſis oculis, et dormiens cernere poteſt, eſtq; eadem cæterorum ſenſuũ ratio, prorſus, ut inſomnis nullo ſenſu moueamur, enim uero inſomnium non pertinet ad ſenſum SED ne ad opinionem qdẽ. nec enim obuium animal, hominẽ tãtum eſſe dicimus, aut equũ. Sed etiam album, et pulchrum. quorum nihil opinio ſine ſenſu nec recte, nec perperam arbitrari poteſt, quod inſomnis anima facit interdum. pari. n. ratione quem obuium habuimus, et hominem et album eſſe, uidere uidemur. ADHAEC præter inſomnium quiddam aliud itelligimus, perinde atq; in uigilia, cum aliqd ſentimus. Nam præter id quod ſentimus, aliquid identidem conſyderamus, nec ſecus inſomnis præter uiſa alia interdum intelligimus. quod clare deprehendet, ſiquis intẽte cum e uigilauerit, meminiſſe conetur. Iamq; nonnulli huiuſmodi ſomnia uiderunt, ut qui uidentur iuxta memorandi præceptum locare ea, quæ obiiciuntur. His. n. ſæpe accidit aliud quoddam uiſum præter inſomnium ante oculos locare.

Sed ne. Probauit inſomnium non eſſe ſenſum. nec in ſenſu poſitum eſſe, nũc arguit idem de opinioue. ideſt itellectũ quia aliqua inſomniis uidentur, quæ ne i uigilia quidem intellectus ſine ſenſũ iudicare, nec uere, nec falſo poſſet. ut album ſit animal an non intellectu ſine uiſu non ualet iudicare.

Adhæc. Obiicit dictis, & in ſomno intellectũ operari arguit, quia interdum dormientes ratiocinamur, ut ſiquis in ſomniis non modo Socratem uideat, ſed ut eius poſtea meminiſſe poſſit, ſenem barbatũ cum ueneni puculo in carcere poſitũ faciat, iuxta memorandi præcepta. Quod uerum eſſe facile depræhẽdet, ſiquis cum excitatur a ſomno, recolere conetur, quæ ſomniauerit. Et hæc eſt mens Ariſtotelis. Nam quod Themiſtius, (ſi modo recte conuerſus eſt, neq; enim græci exemplaris copiam nactus ſum) id quod Ariſtoteles dicit de præceptis memorãdi, eo refert, ut qui ſomnia experrectus notauerit, melius aliis meminiſſe ualeat, longe a philoſophi ſenſu ab eſſe uidet.

Quo intel. Nõ omne phãtaſma ſeu uiſum, qđ apparet in quiete eſt ſomniũ. Nam ſomniũ eſt uiſum, qđ pficiſcitur a motu ſenſitiũ, ut circa finẽ huius libri dicit Ariſt. i. a ſimulachris impreſſis a ſenſilibus p motũ in uigilia. At plerũq; dormiẽtes uiderunt lumẽ lucernæ, q̃q̃ debiliter, & audierunt gallorũ uel canũ uocẽ. et idẽ Ariſto. ait, & nos experti ſumus, qđ qdẽ nõ eſt ſomniũ, ſed opus ſẽſus. quẽadmodũ illud, qđ ſtatim p exẽplo poſuit, eſt itellectio, nõ iſomniũ. Et hũc eſſe intellectũ huius loci, q apleriſq; ignorat, ex ṽbis quẽ mõ citaui circa finẽ huius tractatus, patere põt. quẽ locũ Themiſtius parum apte mihi ui explicare.

QVO intelligitur, non omne uiſum in ſomnis, eſſe ſomnium. et nos opinione, qđ intelligimus, opinari. quæ omnia tanto magis patent, quoniam quo in uigilia ægrotantes decipiuntur, hoc ipſum in ſomnis eſt cauſa erroris. Nã et ualentibus, ſcientibusq; ſol pedalis eſſe uidetur. Cæterum ſiue eadem eſt potentia animæ imaginandi, et ſentiendi, ſiue diuerſa, nihilominus ſine intuitiõe, et ſenſu non fit. Cecutire. n. et obaudire, uidentis eſt, et audiẽtis. q̃q̃ aliud ac putat, uidet, audit ue. At qui ſtatuit, in ſomno nihil nos uidere, audire ue, nihil deniq; ſentire. Nũ igitur nihil in ſomno a nobis cerni uerum eſt, nullo modo ſenſum affici non eſt uerum? ſed fieri poteſt, ut uiſus, aliiq; ſenſus aliquo modo afficiãtur. Quæ ſingula obiciuntur quidem quodammodo ſenſui, ut uigilantis, ſic etiam dormientis, at non eodem modo. Et iam opinio iudicat uiſum eſſe uanum, iam prohibetur, et ſequitur imaginationem. Apertum eſt igitur, hãc affectionem, quam ſomnium uocamus, non eſſe opinantis, non intelligentis, ſed ne ſentientis quidẽ ſimpliciter, alioquin eſſet uidere, et audire ſimpliciter, ſed quo pacto, quaq; ratione, differendum eſt.

ILLVD igitur, quod certum eſt, poſitum ſit, hanc affectionẽ ad particulam pertinere, quæ uim habet ſentiẽdi, nam et ſomnus ad eam pertinet. nec. n. ſomnus et ſomnium ad diuerſas animalium partes referuntur, ſed ad eandem. De imaginatione autem dictum eſt in libris de anima, et conſtat ſentiendi potentiã hoc eſſe quod uim imaginandi, licet earum, eſſe diuerſum ſit. Eſt autem imaginatio motus factus ab actu ſenſu. Et ſomniũ uiſum quoddam eſſe uidetur. Nam uiſum in ſomno, ſomnium appellatur. ſiue ſimpliciter, ſiue quodammodo factum: Quare patet ſomnium ad potentiam ſentiendi, quatenus imaginatrix eſt, pertinere, ſed quid ſit ſomnium, et quomodo fiat, ea potiſſimum documento eſſe poſſunt, quæ circa ſomnum accidunt. Nam ſenſilia per ſingula ſenſoria in nobis ſenſum efficiunt. Eaq; affectio, quæ ab his gignitur in ſenſoriis ineſt, non modo cum ſenſus in opera ſunt, ſed etiam cum ceſſauere. SIMILIS nanq; affectio in his eſſe uidetur, atq; in iis, quæ motu feruntur. quæ etiam tunc mouent, cum a motore iam minime tanguntur. Motor. n. quendam aerẽ mouit, qui aer motus rurſus alterum mouet, et hoc modo, donec

Similis nãq; ita contingit in motu aiæ, ut in motu eoꝝ, q piiciunt. Nã ut piiciẽs quẽdã aerẽ mouet, ille alterũ, & hic ſibi ꝓximũ, & hoc mõ piecta feruntur uſq; ad finẽ, ẽt abſente primo illo motore, ſic ſẽſile externũ mouet ſenſoriũ, uerbi grã, oculũ hic ſenſui cõi qđ accepit, renunciat, hic tradit imaginatiõi, imaginatio obiicit intellectui.

cõſiſtat, efficit motũ tum in aere tum in humoribus, quod perinde eſt accipiendum in alteratione. Nam quod a calido caleſcit, hoc ſibi proximum calefacit, et uſq; ad principiũ diſtribuit, quare ita fit in eo, i quo eſt ſenſus. Nam cum actu ſenſus ſit alteratio quædam, neceſſarium eſt hoc contingere. Quare exiſtit affectio non modo ſenſoriis ſentientibus, ſed etiam cum a ſentiẽdo intra extraq; uacant. qd tunc ſatis apparet, cum continenter ſentimus. ſi. n. ſenſum tranſferimus, tamen affectio cõſequitur. uerbi gratia a ſole in opacum. Accidit enim hallucinari ob motũ luminis etiã tum in oculis inexiſtentem. quod ſi colorem album, aut uiridem diutius conſpexeris, in quodcunq; reieceris oculos, id CONCOLOR uideatur. Sin autem ſolem, ſiquidue aliud ſplẽdidum conſpicatus, oculos compreſſeris, obſeruatum eſt, uideri ſecundum rectitudinem, qua uiſum uidere contingit, primum eiuſdem coloris, deinde trãſire in puniceum, tum in purpureum, donec ad atrum colorem peruenerit, ac demum euanuerit. qui uero oculos auertunt a rebus, quæ mouentur, ut fluminibus, preſertim celerrimo curſu delatis, his manentia moueri uidentur. Quin et magni ſtrepitus in cauſa ſunt, ut homines ſurdaſtri efficiantur. et qui uehementes odores odorati ſunt, adhunc ſenſum hebeſcunt. atq; eadem in ſimilibus ratio eſt. quæ quidem hunc modum arguũt manifeſto.

Concolor. albũ, uel uiride. q̃le id a quo oculos congeſſis.

POSSE autẽ ſenſus celeriter, et parua diſcrimina ſentire, argumẽto id eſt, qd fit in ſpeculis, qua de re ſi poterat quiſpiã exactius ſeorſum conſyderare, ac diſſerere, hoc tamen ſimul certum eſt ex ipſo, uiſum aliquid efficere, non ſecus, atq; pati. Nam ſi mulieres menſium tempore ſpeculum aſpexerint, ſpeculi facies efficitur ueluti nubes ſanguinolenta. quod ſi nouum ſit ſpeculũ, haud facile factu eſt hmõi maculam abolere. Nam ſi uetus, non eſt difficile. nẽpe quia (ut diximus) uiſus non modo patitur ab aere, ſed et aliquid facit, mouetq;. ut quæ ſplendida ſunt. Eſt. n. uiſus de numero ſplendidorum, et colorem habentium. oculi ergo non immerito diſponuntur, ut alia quæuis corporis pars. Et cum ſint natura uenoſi, tempore menſium ob cõturbationem et inflammationem ſanguineam IN NOBIS differentia in oculis non euidens illa quidem, ſed ineſt. Nam ſeminis et menſium eadem natura eſt,

In no. in uiris. nam mẽſium muliebriũ, & uirilis ſeminis eã dẽ, ait, eſſe naturã.

ab his igitur aer mouetur. a quo et aer, qui ſpeculum contingit, quodammodo afficitur, nempe ut ipſe affectus eſt qua affectione hic tandem faciem ſpeculi inficit, quæ facies ritu puriſſimæ ueſtis citiſſime coinquinatur. quia puriſſimũ quodq; exactæ, quod exceperit, prodit, et maxime, minimos motus. Aes uero ob ſuum leuorem quoslibet attactus maxime ſentit. Sed intelligendum eſt; tactum aeris uelut attritionem eſſe, ac exterſionem, et ablutionẽ. quæ qualiſcunq; eſt, fit ob ſpeculi puritatem conſpicua. Cur autem difficulter ab ſpeculis nouiciis deletur, i cauſa eſt puritas et leuor. ob hæc enim alte diffuſeq; omnino perfunditur, ob puritatem in profundum deſcendit, ob leuorem per totum dilatatur. In ueteribus ſpeculis macula non perſiſtit. quoniam non ſic excepta eſt, ſed magis in ſummo. Paruorum igitur diſcriminum motus fieri, ac ſenſum eſſe perceleren, quodq; ſenſus, qui ad colores pertinet, nõ ſolum patitur, ſed uiciſſim agit, ex his apere colligit.

S F D et dictis atteſtantur, quæ circa uinum, et unguenta cõtingunt. Nam oleum præparatum celeriter eorum admotarum odores trahit. nec ſecus uina afficiuntur. quæ non modo a rebus iniectis et confuſis odorem admittunt, ſed ab his etiam, quæ doliis admouentur, adnaſcuntur ue. Ad diſputationem uero nobis ab initio ſuſceptam unum poſitum ſit, qđ quidem ex dictis intelligit ſe moto externo ſenſili, ſimulachra tamen ſenſilia permanere. Præterea facil enos decipi circa ſenſus, cum affectibus uerſamur, alii uidelicet in aliis. ut meticuloſus in timore. Amatores in amore. unde fit, ut ex modica ſimilitudine alter hoſtes, alter amicam uidere uideatur. quæ a tanto minore ſimilitudine uidentur, quanto eſt affectus uehemẽtior. et perinde in ira, et cæteris cupiditatibus omnes ſunt deceptioni opportuni. et tanto magis, quanto uehemẽtius affectibus ſollicitantur. quæ cauſa facit, ut febrientes ducti exigua ſimilitudine linearum conſcriptarum, putent animalia eſſe in parietibus. Sed hæc affectiones ita conſequuntur, ut niſi ægri uehementer laborent, falſum id eſſe deprehendãt. Sin autem morbus inualuerit, ad ipſa moueantur. quod idcirco uſu uenit, quia non eadem potentia iudicat, quod princeps eſt, et id, in quo uiſa gignũtur. argumento, quod cum ſol pedalis eſſe uideatur, tamen aliud quiddam contradicit imaginationi.

IMMVTATIONE quoq; digitorum quod unum eſt duo eſſe uidetur, non tamen duo eſſe dicimus. nam uiſus, q̃ tactus præſtãtior eſt. quia ſi tactus ſolus eſſet, unum duo eſſe iudicaremus. cuius erroris cauſa eſt, quia non modo motis ſenſilibus res moueri uidentur, ſed etiã cum ipſe ſenſus mouetur. Si modo ita mouetur, ut a ſenſili moueri ſolet, ut uerbigratia legentibus oram terra moueri uidetur, dum uiſus mouetur ab alio.

Imm. ſi digitus medius ſupponaẗ indici, & hoꝝ extremis ſpherulam tractes, unã duas eẽ tactus tenũciabit, ſed corrigiẗ a uiſu, q exactius pcipit ſenſilia, dũtaxat cõia. Nã ꝓpria tactus, humanus ꝑſertim, exqſitiſſime ſentit. Ariſt. de ſenſu & ſenſilibus.

Ex hiis patet, quod motus, qui a ſenſilibus externis gignuntur, et a corporibus in ſunt, non ſolum uigilantibus, ſed etiam ſomno affectis, ac tunc etiã magis, apparent. qui interdiu ſenſuum, ac mẽtis operibus excluduntur, atq; euaneſcũt, ut paruus ignis ſecus maiorem, et mœrores, uoluptatesq; paruæ in maiorũ præſentia: qui ſenſus cum ab opere uacant, tunc demũ uel minima quæq; emergunt. Noctu autem quia uacant priuati ſenſus, et nequeũt in opera eſſe, refluente calore ab externis ad id, quod intus ad eſt, deferunẗ ad principium ſenſus, et apparent, compreſſa perturbatione. Intelligendum eſt autem ſingulos motus ita continenter fieri, ut uertigines paruæ fiũt, quæ a fluminibus feruntur; ſæpe ſibi ſimiles, ſæpe ab incurſantibus in uarias figuras diſolutæ. Quare nec ſtatim a cibo, nec in tenerrima ætate, ut in infantia fiunt inſomnia. ob plurimum motum, quem efficit cibariorum calor. ut in aqua nimium commota interdum nulla apparet immago, interdum apparet quidem, ſed omnino diſtorta, prorſus, ut aliud q̃ eſt, res eſſe uideaẗ. Sed in placido, et quieſcẽte. HVMORE pura et conſpicua imago redditur. haud ſecus in quiete uiſa, et motiones reliquæ, quæ a ſenſibus eueniũt iam prorſus non appatẽe, utiq; cum dictus motus excellit, iam confuſa, et monſtro ſimilia; ac demum auerſanda ſomnia conſpiciuntur, qualia melãcolicis, et febrientibus, temulentiſq; apparent. Nanq; huiuſmodi omnia mala cum ſpiritoſa ſint, multam motionẽ, multãq; turbã faciũt, At ſedato, et diſcreto ſanguine, in his quibus datus eſt, motus ſimulachrorum incolumis ab horum ſingulis ſenſibus placidiora ſomnia facit, et in cauſa eſt, ut aliquid appareat, ac uideatur ob ea, quæ a uiſu deferũtur cerni, ab auditu, audiri, et pari ratione a reliquis ſenſibus. NAM et uigilans quia motus illinc ad principium procedit, uidere, et audire, ac ſentire putaẗ. At quia uiſio

Humor. hic ut ſępe, pro aqua accipitur ab Ariſto.

Nã. tõ eſt ſupioris ꝑpoſitiõis. dixerat. n. ſedata turba uidemur aliqd cernere in ſõniis, qa motus quo uiſus affect⁹ fuit puenit ad principiũ. nunc ſubdit, qa & in uigilia iõ cernimus, qa eius ſenſus motus peruenit ad principiũ. i. ad cor.

ſnterdum cum non moueatur, ut dicimus, moueri uidetur. Et cũ tactus duos motus renuntiet, quod unũ eſt, duo eſſe uidetur, iudicãte principio id, quod ab uno quoq; procedit ſenſu, niſi excellentior uis cõtradicat, idcirco aliquid omnino apparet, ſed nõ omnino uidetur, quod apparet, quod tũc demũ fit, ſi iudicans prohibetur, nec mouetur proprio motu.

SED ut diximus alios aliis affectionibus opportunos reddi deceptioni, ſic et dormiẽs facile poteſt decipi, tum propter ſomnũ, tum quia ſenſoria mouẽtur, et alia, quæ per ſenſum accidũt. quia quod exiguam alicuius rei habet ſimilitudinẽ, ipſa res eſſe uidet. Quippe in ſomno plurimo ſanguine ad principiũ deſcendente, motus quoq; in exiſtentes, partim potẽtia, partim actu deferunt. quod perinde eſt, ut in motu. Nã motus alter ex altero emergũt. et hoc corrupto corrumpitur ille; ac inter ſe perinde habent. ut RANVNCVLI formati, qui emergunt in aqua liqueſcente ſale. Sic itaq; potentia inſunt. emergẽte autem quod impedimento erat, operantur. et eodem ſoluto in exiguo ſanguine, qui ſupereſt in ſenſoriis, mouentium habent ſimilitudinem. ut ſimulachra nubium, quæ homines imitata, celeriter in centauros tranſformant. quæ ſingula (ut dictũ eſt) reliquiæ ſunt ſenſilis opperantis. et ſubtracto uero ſenſili, licet uere dicere, hoc ẽ ſimulachrũ Coriſci. Sed cum ſentiebat præcipua potẽtia, et dominatrix, non dicebat eſſe Coriſcũ, ſed per hoc quod uerum eſt, illud dicebat eſſe Coriſcũ, eo ſcilicet, quo id quod ſentit, hoc eẽ dicit. niſi omnino a ſanguine prohibeatur, quemadmodum id, quod non ſentit, mouetur a motibus qui ſenſoriis inexiſtũt. et ipſum ſimulachrum res ipſa uera uidetur. Tãtaq; eſt ſoporis uis, ut hoc intelligere nõ permittat. quomodo igitur ſi cuius ignorãtis oculo digitus ſubderet, qđ unum eſt, duo eſſe nõ modo appareret, ſed etiam putaretur, ſi uero ſcientis, appareret quidẽ, tamẽ nõ putaret, ſic et in ſomnis ſiqs ſenſerit ſe dormire, et affectionẽ in qua eſt ſenſus, potẽtiæ ſentiẽdi nõ ignorauerit, uidebit qdẽ, ſed ipe ſibi dicet, illud apparere Coriſcũ, nõ tamẽ eſſe Coriſcũ. Sæpe. n. quiſpiã dormiẽs dicit in aĩa, id quod apparet ſomniũ eſſe. Si uero ignorat ſe dormire, nihil imaginatiõi cõtradicit. quæ ita eſſe, ut dicimus, et motus imaginarios ineſſe ſenſoriis, tũ magis pateſcet, ſiqs intẽto aio conet in memo-

Ranu. fingamus in aqua in ſalẽ, cõcreta tres eẽ ranas, unam circa ſũmũ, alterã in medio, tertiã i imo. tũ a ſũmo incipiat liqueſcere ſal, prima rana protinus emerget, qa primũ eſt ſoluta, altera cũ ad mediũ liquefiet, deide tertia. Similis ergo ratio illorũ motuũ eſt intelligenda.

riam reuocare, quæ tũ dormientibus, tum expectectis nobis acci dunt. Nã identidẽ experrectus imagines, quæ dormẽti apparebãt, motus eſſe in ſenſoriis deprehendet. Siquidẽ quibuſdam pueris etiã omnino diſpicientibus in tenebris multa ſimulachra motari uident. Adeo ut plerũq; timore ſe occultent. Ex his omnibus col ligitur, ſomnium eſſe uiſum, ſed in ſomno. Nã ſimulachra, quæ modo dicebamus, non ſunt ſomnia, nec ſi quid aliud liberis ſo lutiſq; ſenſibus apparet, rurſus nec omne quod apparet i ſomno, uiſum eſt. Nam primum nõnullis accidit ſentire quadam tenus ſtrepitus, lumẽ, ſaporem, tactũ, ſed lãguide, ac uelut de lõginquo. Iã enim uſu uenit, ut aliqui uidentes dormirent. qui lumẽ lucer ne, quod debiliter uidebant dormientes, ut putabãtur, cum euigi laſſent, ſtatim agnoſcerẽt, lumẽ eſſe lucernæ. Sicut qui gallorũ, et canum uocem leuiter audiebãt, excitati manifeſto rẽ intelligerẽt. Sed et quidam rogati reſpondẽt. fieri nanq; poteſt, ut ex uigilia et ſomno, alterũ ſimpliciter in exiſtẽte, alterũ quadã tenus inſit. quorum nihil eſt ſomnium appellandũ. nec ueræ intellectiones, quæ fiunt in ſomno præter phãtaſmata. Sed ſomnium eſt uiſum, quod a motu ſenſilium proficiſcitur, cũ quis dormit, et qua dor mit. iamq; nõnulli extiterũt, qui nihil unq̃ in uita ſomniarẽt. qđ raro quidẽ, ſed tamẽ cõtingit. Porro quibuſdã hoc eſt coæuũ. aliĩ procedente ætate ſomniãt, qui prius nullum ſomnium uiderint. Cauſa uero cur nõ fiunt inſomnia, ſimilis eſt, et quæ facit, ut nec in infantia, nec ſtatim a cibo ſomnietur. Nam quorum natura ita compacta eſt, ut multa exhalatio ad ſupernum locum aſcendat, quæ rurſus delata multiplicat motiões, his merito nullum uiſum apparet. Sed procedente ætate non eſt mirum inſomnium appa rere. ſiquidem facta aliqua cõmutatione, uel ætatis uel affectionis, neceſſe eſt hanc diuerſitatem accidere.

FINIS TRACTATVS

DE INSOMNIIS.

LIBER ARISTOTELIS DE DIVINATIONE PER SOMNVM INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

Col. Hiſpaniã itelligit ubi eſt ẽt núc genus quoddã hoius, uulgo ſalutatoꝛs appellãt, q̃a rabidis aialibus ſalutẽ afferre putanť. q multa ſæpe futura ꝑdicũt. ut cras aliquẽ ad ſe uẽturũ, q mõ in remotiſſimo loco morſus ſit a cane. & approp inquaſſe, & ad quẽ locũ eo tpis momẽto puenerit, ꝑnunciant. Q.d' i boryſthene quoq; fortaſſe cõtingit. eſt autẽ boryſthenes urbs in ſcythia.

D E diuinatione quæ fit in ſomnis, et ab in ſomniis dicitur proficiſci, nec fidẽ habere facile eſt, et facere difficile. Nam quod omnes, aut certe plurimi opinantur in ſomnia habere quandã ſignificationem, fidem facit, quaſi dictum ab expirimẽto. Et profecto credibile eſt, quarũdã rerum eſſe ſignificationem in ſomnis. quæ cũ ratione non careant, de cæteris ſomniis pari modo quiſq̃ ſtatuendum putabit. Contra uero cum nulla cauſa, qua id fiat, probabilis appareat efficitur ut fidem non habeamus. Nam deũ eſſe qui ſomnia mittat, cum alias ratione uacat, tum etiam abſurdum uidetur, quod non optimis, ac ſapientibus, ſed e uulgo hominibus mittat. Atqui ſemota diuina cauſa nulla alia probabilis eſſe uidetur. Nam quod ad COLVMNAS herculeas, et in boryſthene, nonnulli futura proſpiciunt, principiũ, cauſamq; inuenire ſupra doctrinam noſtram eſſe uideri poteſt.

Aſtrũ. lunã ſoli ſupponi e regiõe inter ipſum & terram.

Quod &. artificibus quoq; quoꝝ ars igenio magis ĩdiget & iduſtria, q̃ manibus obſeruãda dicit eſſe ſõnia. ut pictoribus & architectis. qppe qbus ɔtigit: q̃nq; in ſõniis excogitare, q̃ in uigilia inueſtigabãt, ut iſta diceť, qa minimi motus magis pcipiunť in ſomniis, maioreſq; uidẽtur. & tũc aĩa nõ ipediť externis motib⁹. ſũt tñ q artifices me dicos puteť itelligi, qb⁹ aliter locus eẽt interꝑtãdus. At me non pœniter illius fuiſſe ſententiæ.

SOMNIA igitur neceſſe eſt, cauſæ ſint, aut ſigna eorum, quæ fiũt, aut fortuitã, uel hæc omnia uel quædam ex his, uel unũ tantum. Cauſam dico, ut luna eſt cauſa defectus ſolis, labor cauſa febris. Signum autem defectus eſt ASTRVM ſubire. Signum febris ſcabrities linguæ. Caſus eſt, aliquo ambulante ſolem deficere, quod nec ſignum eſt, nec cauſa ſolaris deliquii. Sed nec ipſa defectio cauſa eſt deambulandi. Nam ex fortuitis nihil fit ſemper nec magna ex parte. ſunt igitur ſomnia partim cauſæ, partim ſigna ut eorum quæ corpori accidunt Nam peritiores medici ſomnia præcipiũt admodum obſeruari. QVOD et artificibus qui tamen aliquid conſiderant, philoſophanturq; faciendum ratio ſuadet. quoniam motus, qui fiunt interdiu, niſi maximi ſunt, et uehementes, latent a maioribus uigiliæ motibus obruti. Contra uero in ſomno parui etiam, magni eſſe uidentur.

Manifeſto argumēto eorū, quæ ſæpe in ſomnis cōtingūt. Nam tenui ſono perſtrictis auribus, quies cētes fulminare, tonareq; putāt. et exigua ſtillāte pituita, melle, ac dulcibus ſaporibus frui. ſicut aliqua parte excalfacta, pyrā trāſire, et uehemēter comburi. Cæterū excitati manifeſto hæc ita ſe habere cognoſcunt. Cū igit̃ rerū oīum principia exigua ſint, morborū quoq;, et affectionū, quæ corporibus imminent, principia parua eſſe certū eſt. hæc igit̃ neceſſario i ſnōo, q̃ in uigilia manifeſtiora eſſe certū ē. At uiſa quædā, quæ per ſomniū apparet, ſuarū cuiq; actionū cauſas eſſe, non uacat rōne. Nam ut acturi aliquid, et cū agimus, uel iā egimus, ſimilia his actionibus ſomnia uidemus, et agimus, ut pote ꝑparato motu a principiis diurnis, ſic uiciſſim neceſſariū eſt, motus, q̄ p ſōniū fiūt, plerūq; principiū exiſtere diurnarū actionū. Cū uiciſſim præparent̃ harū rerū intellectus in uiſis nocturnis. Ad hunc igit̃ modū fieri pōt, ut ſomnia quædā tū ſigna, tū cauſæ rerum ſint.

S E D magna pars caſum imitatur. preſertim quæ fidem aut uires noſtras excellunt, et quorum principium in nobis non eſt. ut de prælio nauali, et his quæ in remotiſſimis partibus geruntur. de quibus nihilo ſecius ſtatuendum eſt, ac ſi quod quiſpiam meminerit, id adeſſe contingat. quid enim prohibet ſic in ſomno fieri? immo tunc magis hoc contingere conſentaneum eſt. Ergo quemadmodum hoc meminiſſe, nec eſt ſignum, nec cauſa, ut ipſum aduenter, ſic inquiete ſomnium non eſt ſignum, nec cauſa, ut quod aliquis in ſomno uiderit, euadat, ſed caſus. quare ſōnia magna ex parte nō eueniūt. Si quidē fortuita nec ſemper fiūt, nec plerūq;. Deniq; cū ceterorū animaliū nō nulla ſomniēt, nec decet opinari ea inſōnia adeo mitti, nec huius eſſe gratia. Cæterū demonia ſunt. Eſt. n. natura demonia. ſed nō diuina. Illud quoq; ſignū ē, qđ homines admodū de generes, proſpiciūt, ac uaticinā̃t futura. Itaq; nō authore deo mittunt̃, ſed prout cuiuſq; natura uelut garrula ē et melicholica, multifarias uiſiōes uidet. Qui ob multos, et uarios motus ſimiles ſunt his, Q V I rapientibus paria nūero diſtribuūt. Nā (q đ aiūt) ſi ſæpe iactaueris, aliquādo uenerē iacies. Itaq; in iſtis id ipſum contingit. Nec mirum eſt haud multa ſomnia euadere. cum ne ſigna quidem ad corporis ualetudinem pertinentia, nec cæleſtia, ut quæ pluuiā aut uētos portēdūt,

Qui ra. ut ſiq̈s, cū haberet, uerbi gr̄a, cumulū nucum, uellet decē pueris nuces pari numero ſingulis diſtribuere, & ipi nō expectata cōputatione raperent nuces, & ita ferret cāus ut ſinguli pares numero accipuiſſet. tūc. n. ille caſu paria nūero diſtribuiſſet.

ſemper eueniant. ſi.n.motus acciderit potentior eo, quem ſignū
foce portendebat, portentus motus non euadit.quid quod pluri
ma bene ac ſapienter deliberara, quæ fieri uſus erat, emergentibus
potioribus principiis, cauſiſq́ꝫ, diſſipata ſunt? Nam omnino haud
omne fit, quod fieri debebat. nec eſt idem futurum eſſe, et fieri de
bere, ſed fatendum eſt principia eſſe, quorum finis non euadit.
Et hæc ſigna ſunt rerum quæ non fiunt.

DE ſomniis autem, quæ non habent principia, qualia diceba/
mus, ſed abiuncta uel tēporibus uel locis, magnitudinibuſue, aut
certe quorū principia in ſita non ſunt uidentibus ſomnium, niſi
uiſum euadit a caſu, TALE quidq̄ eē poteſt (potiuſq̄ ut Demo
critus ait, qui ſimulachra et defluctiōes cauſatur.) Nam ut aliquo
mouente aquā aut aerē, hic alterū mouet. et illo ceſſante, cōtingit
motū aliquo peruenire abſente motore, ſic NIHIL prohibet, ali
quē motū et ſenſum ꝑuenire ad animos ſomniātes ab illis rebus,
a quibus facit ille ſimulachra et defluctiones ꝓficiſci. et ubi con/
tingit magis noctu ꝑueniētia defluuia ſentiri q̄ interdiu. Nā mo/
tus, qui ꝑ diem afferunt, diſſipant cū ſit aer nocturnus trāquilior
ob huius tēporis maius ſilentiū, et in corpore facere ſenſum pro/
pter ſomnū, quia paruos motus, qui intus fiunt, magis dormiētes
ſentiūt, q̄ uigilātes. hi autē motus uiſa faciunt per quos, quæ de
his futura ſunt, præuidētur. quas obres hæc affectio gregariis ho
minibus cōtingit, ſapientibus nō itē. Nā ſi deus ſomnia mitteret,
interdiu hæc acciderēt, et ſapientibus. Nūc uero conſentaneū eſt,
ignauos homines futura præuidere. ut quorū mēs a curis uacat,
et oium rerū eſt inanis, atq́ꝫ deſerta, et a quocūq́ꝫ mouet, id ſequi
tur. quod uero quidā in mētis exceſſu futura proſpiciūt, ideſt in
cauſa, quod propriis motibus non infeſtantibus, quinimo longe
ſubmotis, externa maxime ſentiunt. ut uero quidā recte ſomniēt,
et neceſſarii potiſſimū de neceſſariis futura ꝓſpiciāt, ſollicitudo fa
cit, quam alter habet de altero. ut.n. longe diſtantiū amici maxi/
me ſe agnoſcūt, et ſentiunt, ſic ipſorum motus magis ſunt familia
res. At melancholici ob uehemētiā, ut qui longius iaculant, cōie/
ctura ualēt et ob ingeniū uerſatile cōſequētia celeriter imaginant.
Furioſi.n.cōiūcta et ſimilia, qualia ſūt poemata Philegidæ uerbi
gratia uenus, dicūt, et cōſyderāt, et ita cōiungētes lōge ꝓuehunt.

Tale quidq. hmōi
ſōniā niſi caſu eua/
dūt, fieri pōt, ut ali/
qs motus & ſenſus
ꝑueniat ad aios ſō/
niātes ab illis rebus
a qbus Democritus
putabat ſimulachra
ꝑuenire, quēamo/
dū aliquo mouente
aquā &c. & hoc in/
qt ueriſimilius eſſe,
q̄ qđ dicit Democri
tus, q ſimulachra &
defluctiones cauſat.
legēdum eſt autem
τί μάλλον non τυ/
μέ λλον.
Nihil prohibet. fieri
pōt. & ab hoc uerbo
pendēt oia infinita
uerba q̄ ſequuntur
uſq́ꝫ ad illum locū.
quia paruos.

Ipſa præterea uehementia facit, ne ipſorum motus altero motu excludatur. Coniector uero ſomniorum ſapientiſſimus eſt, qui ſimilitudines diſpicere ualet. Nam de ſomniis rectis, et minime flexuoſis iudicium ferre, cuiuſuis eſt. ſimilitudines inquam, quia talia contingunt uiſa, qualia ſunt ſimulachra, quæ ab aqua redduntur. ut ſupra dictum eſt, quoniam in aqua, ſi plurimus ſit motus, nulla ſignificatio, imagoue redditur, quæ res ueras imitet. ille ergo poteſt exacte ſignificationes iudicare, qui celeriter ualet diſcernere, ac conſpicere confuſa et diſtorta ſimulachra ſint ne ho minis, equiue, an alterius. Somnium itaq; ſimilem difficultatem facere poteſt. Nam motus impedimẽto eſt, quo minus recte ſom nietur. Sed hactenus quid ſit ſomnus, quidq; ſomnium, et quas ob cauſas utrunq; fiat, ac de diuinatione per ſomnium diſputatum eſt. deinceps de cõmuni animalium motu diſſeremus.

FINIS TRACTATVS DE

DIVINATIONE PER

SOMNIVM.

LIBER ARISTOTELIS DE MOTV ANIMALIVM. INTERPRETE EODEM Io. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

DE MOTV ANIMALIVM, QVæ ipſis generatim tributa ſunt, et quæ differẽtiæ, et cauſæ eorum omniũ, quæ ipſis ſingulatim accidunt, alio in loco eſt conſyderandũ. Nunc autẽ in uniuerſum differendum eſt de cõmuni cauſa, cur animalia ut cunq; moueãtur. Mouentur.n. partim uolatu, partim natatu, partim igreſſu, alia item aliis haud diſſimilibus modis. Cæterorum ergo motuum principium id eſſe, quod ſe ipſum mouet, huius autem id, quod imobile eſt, et primum motorem imobilem eſſe, definitũ iam eſt, cum de motu ſempiterno diſſeruimus, ſit an non ſit, et ſi eſt, quis eſt. Oportet autem non ſolum ratione hoc in uniuerſum accipere, ſed etiam in ſingulis, et in ipſis ſenſilibus, quorũ cauſa uniuerſas quoq; rationes inueſtigamus, et in qbus ipſa cõgruere oportere opinamur. Nam et in his comprobatur, fieri nõ poſſe, ut nullo quieſcente aliquid moueatur. ad primum in ipſis animãtibus. Quarum animantium ſiqua pars mouetur, aliquam quieſcere oportet. et huius gratia iuncturæ his datæ ſunt, quibus iuncturis utuntur, ut centro. Fitq; ſolida pars iuncturam põtinens et una et duæ, recta et in flexa. quæ tum potẽtia, tum actu, obiuncturam flexibilis eſt. et cum flectitur mouetur q; hæc nota mouetur, illa ſtat in iuncturis. Vt ſi diametri ſtet. a. et. d. ſed. b, moueatur, et fiat. a. c. quãq̃ hic centrũ indiuiduũ prorſus uidetur eſſe, et motum, circa hæc fieri fingunt, ut aiunt. cum ex mathematicis nihil moueatur. QVAE uero in iuncturis ſunt, ea fiunt potẽtia, et actu interdum unum, interdum abiũcta. Principium ergo imobile manet, dũ pars inferior mouetur. Exempli gratia, ſi ulna mouetur, cubitus quieſcit. Si totum brachiũ, humerus. ſi tibia, genu. ſi totũ crux, coxa. Palam igitur eſt, ſingulis animantibus aliquid in eſſe oportere, quod ſtet, unde principium rei motæ proficiſcatur, et cui totum innixum tum omnino, tum ex parte moueatur. Cæterum parum eſt, in ipſo animali quietem ineſſe, niſi ali-

Quæue. ptes, quæ habentur in iunctis, ut cebitus, quando enim totum brachium mouetur facto flexu i humero tãtũ, fit cubitus unũ actu, qa mouetur, quaſi nulla eſſet iuncturæ interpellatio, & duo potẽtia, quia

poteſt flecti, & partim moueri, partim ſecus. Cum uero cubitus flectitur mouendo, fit duo actu, quoniã altera pars mouet, altera quieſcit, & unum potentia, quia poteſt moueri, ut prius dicebamus.

quid extra ſit ſtabile prorſus, et imobile. Cuius rei contemplatio digna eſt hoie ſapiente. Habet.n. conſyderationem, non ad animalia ſolum, ſed etiam ad motum et lationem uniuerſi pertinentem. Nam quemadmodum animal ſi moueri debet, habeat in ſe oportet aliquid imotum, ſic ac multo etiam magis neceſſariũ eſt, aliquid extra imotum eſſe, quo innixum moueatur id, quod mouetur. NAM ſi ſemper cederet, ut muribus terra uel ſabulo ingredientibus, in eodem ueſtigio hæreretur, nec eſſet ingreſſus terra nõ ſtante, nec uolatus, aut natatio, niſi aer, aut mare reſiſteret.

Nam ſi. Si id quo innititur, mouẽs ipſi mouenti non reſiſteret conſiſtendo, non procederetur. ut mures per arenã parũ progrediuntur, quia arena parũ reſiſtit, & facile cedit.

PORRO neceſſariũ eſt, quod imõtũ manet id, diuerſum ſit ab eo, qđ mouetur, totũ a toto, ac ne quod ſic ſtat, pars ſit eius, quod motu cietur. alioquin: nõ moueretur. Cui ſententiæ illud quoq; ſuffragatur, puod quæri ſolet. Cur ſiquis extrinſecus conto malum impellat, ſiue aliam partem percutiat, paruo negotio nauigium moueat, idem ſi ipſo nauigio contentus, hoc efficere conetur, operã luſerit. nec nauẽ loco trudat, nõ ſi tityus ipſe, aut aquilo ab ultimo nauigio flarent, aſpirãte aliquo, ut ſolet a pictoribus deſcribi, qui pingunt quẽdam ex ſe uentos expirantẽ. Siue enim placide ſpiritum eiecerit, ſeu magno impetu, ut uentũ maximum efficiat, ſeu aliud quiddam ſit, quod ab eo proiicitur, impellitur ue, neceſſe eſt, primum ut innixus aliqua ipſius parte quieſcente propellat, deinde rurſus, ut hæc ipſa pars, aut id, cuius eſt pars, aliqua exteriore re accubet, firmatũq; maneat. Qui uero nauẽ qua continetur impellit, is merito eam nõ mouet, quia ipſa innititur. Cũ oporteat manere immotũ id, quo fulcitur. accidit autẽ ipſi, ut idem ſit quod mouetur, et quo accubatur. At qui extrinſecus impellit, trahit ue, is. demum, cũm terra nauis pars nõ ſit mouet. Sed quærat aliquis num ſiquid totum cælum mouet, oporteat id eſſe immobile, nec ullam cæli partem nec in ipſo cælo eſſe. Nam ſiue motum ipſum mouet cœlum, neceſſe eſt, dum mouet, ut aliquid immobile tangat, quod mouentis pars nulla ſit. Siue quod mouet ſtatim eſt immobile, pari ratione oportet, ut nulla pars ſit eius quod mouetur.

ET profecto, qui aiunt, globi in orbem agitati nullam prorſus ſtare partē, hactenus recte loquunt. alioquin neceſſe eſſet aut totum conſiſtere, aut ipſius continuum diuelli. quod uero opinantur uerticibus ineſſe aliquam facultatem, cum magnitudine careant, ſintq; et extrema et puncta impendio falluntur. Nam præterq̃ quod nullius talis aliqua ſubſtantia eſt, fieri non poteſt, ut unus motus a duobus moueatur, at uertices duos faciūt. ex quibus ſumi occaſio poteſt dubitandi, ſit ne aliquid, quod perinde ſe habeat ad uniuerſam naturam, atq; terra ad animalia, et quæ per ſe mouent. Nam qui fabulati ſunt atlantem, qui pedibus terram premat, haud temere ii quidē fabulam confinxiſſe uideri poſſunt quaſi hic uelut diameter eſſet, et circa uertices cælum uerſaret. quod nō præter rationem accideret ob telluris immobilitatem. quanq̃ iidem fateri coguntur, TERRAM non eſſe partem uniuerſi. Ad hæc uirtutē mouentis, et ſtātis æquare oportet. Eſt enim multitudo uirtutis et facultatis, qua ſtat qui manet, ut et qua mouet motum. Eſtq; proportio quædam ut motuum contrariorum, ſic quietum quoq;. quæ res cum pares ſunt, non patiūtur interſe. Sed ita demum altera uictrix euadat, ſi exceſſus ſit. Quam obrem ſiue atlas mouet, ſiue quid aliud ex his, quæ intra cælum ſunt, non oportet ab hoc renitendo ſtabilitatem ſuperari, qua terra cōſiſtit. alioquin tellus medio cederet, et e proprio loco truderetur. Nam ſicut trudens trudit, ſic truſum detruditur, et pari uirium facultate. CVM ERGO moueat primū quieſcens, maior fortiorq; uis quietis eēt, aut certe par, et æqualis et pari ratione moti non mouentis facultas. ut oporteat tantas eſſe uires telluris cōſiſtendo, quantas uniuerſum cælū, et id a quo mouetur obtinet. quod cū ſit impoſſibile ne fieri quidem poteſt, ut cælum ab aliquo intra ipſum contento moueatur.

Et profec. quidā, ut uidetur putabāt & recte nullam cæli partem ſtare. Nam alioquin cælum nō eſſet continuū, ſed iuncturis partes eius cohærerent. aut quieſcente una parte totū quieſceret. Sed iidem opinabātur in duobus uerticibus id eſt polis ineſſe mouendi facultatem. qua parte admodum fallebātur. non ſolum, quia poli nullā habēt ſubſtātiam, ſiquidē ſunt extrema, & puncta indiuidua, ut illi aiebant, ſed quia unus motus non poteſt proficiſci a duobus.

Terram. quia ut ſupradixit Ariſtot. Id, quo quieſcente motor accubat, non debet eē pars eius, qđ mouetur.

Cum ergo. dixerat ſupra ſtabilitatē rei fulcientis motorem nō debere ſuperari a uirtute mouentis, ex his modo ducit, qđ cū primū qeſcēs maneat, neceſſe ē. ut uirtus quietis id eſt rei quæ īmota ſuſtinet motorē, maior ſit conſiſtendo, q̃ uirtus eius motoris mouēdo, aut certe par. Nā ſi par eſt ſatis poterit reſiſtere conſiſtendo, nec trudetur ſuo loco.

DE MOTIBVS partiū cæli controuerſia eſt, quā ut a ꝓpoſito non alienam haud ſit ab re conſyderare. Si quis enim mouēdi potentia terræ conſtantiam excellat, ambigi non poteſt, quin is ipſam ſit a medio moturus. At qui uirtutem unde facultas ea proficiſcitur, non eſſe infinitam liquet. Cum ne ipſa quidem

Sed quia oportet, ut uirtus rei quie/ ſcentis, par ſaltē ſit, uirtuti quoq; rei motæ, idcirco for/ taſſe dixit, maior & fortior. Eſſe uero hāc mentem Ariſto telis, non quod alii hoc ī loco ſomniāt, đclatat, id qđ ex his colligens ſubiūgit, ut oporteat tantas eſſe uires telluris cō ſiſtendo, quātas uni nerſum cælū, & id, a quo mouetur ob/ tinet.

terra, ac proinde nec ipſius grauitas infinita ſit. Sed cum im/
poſſibile multifariam dicatur, ſi quidem nō perinde dicimus im
poſſibile eſſe uocē uideri atq; exiſtentes in luna a nobis cerni, nā
uocem non uideri neceſſitatis eſt, qui in orbem lunæ receſſerūt,
non uidebuntur illi quidem, uideri tamen apti ſunt, cælum
interitus eſſe immune, nec diſſolui poſſe ex neceſſitate pu/
tamus. atqui ſecudum hanc rationem nō eſſet neceſſarium. Cū
ſit poſſibile motum eſſe maiorē eo, a quo terra quieſcit, et a quo
tum ignis tum corpus ſupernum mouetur. Ergo ſi motus excel
lentes ſunt, hæc a ſe uiciſſim diſſoluentur. Si uero non ſunt, ſed
eſſe poſſunt, quia infinitum eſſe non poteſt, cum nec corpus in/
finitum eſſe poſſit, fieri poteſt, ut cælum diſſolueretur. Nam
quid eſſet impedimēto, quo minus hoc eueniret, ſi nō eſt ipoſſi
bile. At non eſt impoſſibile, niſi oppoſitum eſt neceſſarium. Sed
hæc alias. Nunc illud diſſeramus utrū ſit neceſſe quidq̄ eſſe im/
motum et conſtans extra id, quod mouetur, quod illius non ſit
pars, an ſecus? Item an oporteat hoc in uniuerſo quoq; exiſtere?
Fortaſſis enim diſſentaneum uideretur, principium motus intra
cælum contineri. Quo fit, ut qui ſunt in hac ſententia, recte pu/
tent illud ab Homero dictum. At non e cælo ad terram Iouem
maximum deducere omnes dii deæq; ualeatis, non ſi ſummo
conatu appenſi hoc tentis efficere. Nam quod prorſus eſt immo
bile nulla ui moueri ualeat. quo ſoluitur peruetus illa quæſtio
poſſit, a non poſſit diſſolui ſtructura cæli, ſi ab immobili princi/
pia pendet.

Sed in ani. animalia q̄ ſe loco mouēt, nā ſunt q̄dam quæ pe/ tris ſemp affixa nō mouentur, niſi ab a liquo diuulſa agitē tur ut ſpongia, quæ ergo a ſe ipſis loco mouētur, ut homo uel equus, ea non modo accubant ali qua re externa, ut terra, ſed dū aliquā ſui partem mouēt, alia quiſcente nitū/ tur.

SED IN animalibus, quæ a ſe ipſis ſecundum locū
cientur, non tantum aliquid huiuſmodi immobile oportet eſſe,
uerum etiam quiddam aliud in ipſis. Horum enim altera pars
moueatur oportet, altera conſiſtat, qua fulta illa moueatur. ut ſi
qua ex partibus moueretur. Tunc enim altera alteri uelut ſtanti
innititur.

DE INANIMATIS, quæ mouentur, poſſet quiſq̄ dubi
tare utrum in ſe habebant omnia manens atq; mouens. item an
aliquo exteriorium conſiſtentium, neceſſe ſit hæc etiā fulciri. an
impoſſibile ſit ignem uerbi gratia, aut terram, uel aliquod aliud
inanimatum ita fulciri, ſed ea tantum neceſſe ſit exteriore ma/

nente

nente accubare a quibus primis hæc mouentur. Nam cuncta inanimata ab alio mouentur. et omnium, quæ ſic mouentur principium ſunt ea, quæ a ſe ipſis mouentur. In quo genere de animalibus hæc dicta ſunt. quippe quibus omnibus ne/ceſſariũ eſt, aliquid in ipſis habere cõſtans, aliquid ẽt externũ, quo accubent. Mam ſi quid ſupremum eſt, et primum mo/uens, hoc nõ ſatis liquet. ac de hoc principio alia queſtio eſt. Animalia uero cũ cta quæ mouentur, rebus externis accubãt. Item ET QVAE ſpiritũ accipiunt, redduntq;. haud enim refert, magna ne grauitas proiiciatur, an parua. quod fit ab expuentibus, et excreatibus, et ab his, qui ſpiritum attrahunt, redduntq;. Sed utrum in eo tantum, quod ſecundum lo/cum ſe ipſum mouet ineſſe conuenit aliquid ſtabile? an in eo quoq;, quod ipſum a ſe alteratur, augeturq;? Nã generatio nis, quæ fit a principio et iteritus diuerſa ratio eſt. SI ENIM ut putamus, primus motus eſt cauſa generationis, et interi/tus, ipſe fortaſſis cæterorum quoq; motuum omnium cauſa exiſtat, ut autem in uniuerſo, ſic etiam in animali motus pri/mus hic ẽ, cũ ad perfectionẽ peruentũ fuerit. et proinde cauſa ſit augumentationis, ſi quando idem ſibi cauſa fuerit, quin etiam alterationis. ſin minus, non eſt neceſſe. At primæ tum augumentationes tum alterationes ab alio et per diuerſa fiũt. ortus .n. et interitus nihil poteſt ſibi eſſe cauſa. Nã quod mo/uet prius ſit oportet eo quod mouet, et quod generat, eo

Et quæ ſp. non mo do ad motum opus eſt re quieſcente ac cubare, ſed etiã ad ſpitandũ, & ſpuen/dum. Nam et ſpitã/tes aerem mouent, ſpuẽtes ſputum uel pituitam eiiciunt, ut ergo nemo nauẽ poteſt ipellere niſi re quieſcente accu/bet, ſic nec aerem, aut ſputum emitte/re. quia non refert, parua, an magna grauitas proiiciatur, impellatur ue.

Si enim. hic locus difficilimus eſt, tentabo tamen exponere ſic. Si primus mo/tus ideſt motus cæli eſt cauſa generationis, & interitus, idem cauſa erit cæterorum motuum. Nam primum motum cauſam eſſe cæterorum dictũ eſt, li. viii. de phyſico auditu, & repetitum principio huius. Quod autem cauſa generationis & interitus ſit primus motus non ſimpliciter, ſed factus per circulum obliquum, docuit Ariſto/teles poſteriore de generatione libro. Nam quod quidam ita exponunt, ut primum motum generationis & interitus eſſe interpretentur, qua ratione id faciant, ipſi uide rint, ego uero contenderim nunq̃ ab Ariſtotele generationem κίνησιν. ideſt mo/tũ fuiſſe appellatam quæ & in inſtanti fit, quod eſt contra motus naturã, & ab Ariſto/tele, modo μεταβολὴ. ideſt mutatio, modo μετάβασις. ideſt tranſitus nuncupat. Ac ideo ſubditur, quod quemadmodum in uniuerſo primus motus ideſt motus cæli eſt cauſa generationis, & interitus & cæterorũ motuũ elementorũ, & aliarũ mundi par/tium, ſic in animali poſtq̃ eſt perfectum, primus motus ideſt motus cordis eſt cauſa cæterorum motuum, ac proinde alterationis, & augumenti, quæ fiunt a principio in ſtmo. et quia dixerat. poſtq̃ eſt animal perfectum adiicit, nam primæ tum augumen/

quod generatur. At nihil ſe ipſo prius eſt. De aīa moueatur, an nō, et ſi mouetur, quo mō mouetur, diximus ſupra, cū de ipſa ſumus ſeorſum locuti. Sed cū oīa aīata a diuerſis moueantur, de primo moto quodq; ſemper mouetur, quo modo mouetur, et primū mouens quā ratione moueat, iam diſſeruimus in libris de prima philoſophia.

SVPEREST, ut conſyderemus, quo modo corpus ab anima mouetur, et quod eſt principium motus animalis. Animata enim cauſæ ſunt, ut excepto uniuerſi motu, cætera moueantur. QVAE A SE uiciſſim non mouentur, ob mutuum impedimentum. quorum motus idcirco finem habet, quoniam et motus animatorum terminantur. Cuncta enim animalia alicuius gratia et mouent, et mouentur. quare id cuius gratia, finis eſt ipſis omnium motuum. Porro hi quibus animal moueri cernimus, hæc ſunt. intellectus imaginatio, electio, uoluntas, cupiditas: quæ omnia ad mentem et appetitū referuntur. Nam imaginatio, et ſenſus eundem locum ſortiuntur, atq; ipſa mens. quæ omnia cum uim habeant iudicandi, obtinet tamen differentias alio in loco a nobis explicatas. Voluntas, ira, cupiditas, omnes ſunt appetitiones. Electio communis eſt intellectui cum appetitu. et proinde ipſum quoq; eligibile. At non oē intelligibile eligibile eſt. Sed id tantum quod eſt finis agendarum rerum. Nam bonorum nō quodlibet honeſtum, ſed quod eſt huiuſmodi, mouet animalia. quippe cū moueat, in eo q aliud ipſius gratia eſt. et qua eſt finis aliorum, quæ alicuius gratia ſunt. Sed ſtatuere oportet. QVOD BONI habet ſpeciē idem boni locū obtinere. Itē et quod ſuauis, eſt enim bonū apparens. Ex quo patet, quod ſemper mouetur partim ſimiliter, partim diſſimiliter moueri, atq; animalium quodq;. Quo circa illud ſemper mouetur, animalia finem motus faciunt. Et quod eſt ſempiternum pulchrum honeſtumq; eſt, et uere, ac prius bonum. Iam uero minime uiciſſitudine uariari, ut modo res ſit, modo ſecus, diuinius eſt et magis dignum, q̄ diſſimiliter ſe habere ad alterum.

PRIMVM ergo non motum mouet, appetitus autem et ea pars, quæ uim habet appetendi mota mouent. Vltimū autem

Quæ a ſe. hoc dicit ob elementa quorū alterum ab altero uiciſſim mouenē, nec habēt mutuum impedimentum. quēadmodum lapides et cætera huiuſmodi.

Quod boni. quod uidetur eſſe bonum uel ſuaue aīalibus, ita ea mouet, ut ipſum uere bonū, uel ſuaue. quo ſit, ut plerūq; malū p bono ſequanē. & ideo ſubdit aīalia moueri, partim ſimiliter atq; cælum ut ſupra dixit, partim diſſimiliter. quia illud pulchrū ſemper eſt et uere bonum. nec unq̄ uariatur.

autem eorum quæ mouentur nihil eſt neceſſe, ut aliquid moueat. Quæ res declarant merito lationem motuum, qui in rebus fiunt ultimum eſſe. Mouetur enim ac progreditur animal appetitu et electione, aliquo alterato per ſenſum, uel imaginationem. Sed quem admodum intelligẽs modo agit, modo feriatur, iam mouetur, iam quieſcit, ſic diſpicientibus ac ratiocinantibus de rebus immobilibus contingere uidetur. Sed hic contemplatio finis eſt, nam cum duas propoſitiones intellexit, concluſionenm quoq; intellexit, collexitq;, illic autem ex duabus propoſitionibus concluſio fit actio. Verbi gratia, cum intellexit omni homini eſſe ambulandum, ac ipſum eſſe hominem, protinus ambulat. Sin autem nemini eſſe ambulandum et ipſum eſſe hominem, cõſiſtit. et utrũq; facit, niſi ſi quid impedimento ſit, aut uim faciat. Bonum eſt mihi faciendum, eſtq; domus bonum, continuo domum ædificat. operimento indigeo. ueſtis eſt operimentum, ueſte indigeo. id quo indigeo faciendum eſt, egeo ueſtimento, ueſtimentum eſt faciendum, et concluſio faciendã eſſe ueſtem, actio eſt. agit autem a principio. Si ueſtimentum eſt futurũ, neceſſe eſt eſſe, quod primum eſt. et ſi hoc, illud quoq;. quod utiq; ſtatim facit. patet ergo cõcluſionẽ actionẽ eſſe. Propoſitiones uero actiuæ per duas ſpecies fiunt. ideſt per bonũ, et per poſſibile. Sed intellectus, ritu quotidiã percõtantium, circa alterã propoſitionũ, quæ manifeſta eſt, nõ inhæret conſyderando. Verbi gratia. Si homini expedit ambulare, nihil immoratur i ea ꝓpoſitione ſe hominẽ eſſe. quare et cætera alia, quæ incõſyderati facimus, cito facimus. Cũ qs. n. ad id cuius gratia, ſenſu, uel imaginatione, cõſyderationeue operatus eſt, protinus hoc facit, quod appetit. Nã ꝑ interrogatione, intellectioneue appetentiæ fit operatio. Bibẽdũ eſt mihi, cupiditas ait, hoc eſt potulentũ ſenſus, inqt, uel imaginatio, uel mens, ſtatim bibit. Atq; ad hunc modũ aĩalia impetu feruntur, ut moueantur, et agant. Eſtq; ultima mouendi cauſa appetitus, qui per ſenſum gignitur, aut imaginationẽ, aut ĩtellectũ, quæ aũt agere cõcupiſcunt, ea partim per cupiditatẽ et irã, partim per appetitũ, et uoluntatẽ, hæc faciunt, illa uero agunt.

VT AVTEM machinæ, quæ ſponte mouentur, paruo ſuppetente motu, cientur, nempe ſolutis funibus, et altero alterum impellente, et quemadmodum currus, qui ab auriga recta mouetur, rurſus OB IN AEQVALITATEM rotarum in orbem agitur, præbente centri uicem parua rota, ut in cylindris, ſic animalia mouentur, quæ pro talibus instrumentis neruorum oſſiumq; naturam ſortita ſunt. oſſa pro paxillis ſunt, et ferro. nerui pro funibus, quibus ſolutis atq; laxatis mouentur. Sed in machinis, quæ ſponte, mouentur, et in curribus, nulla ineſt alteratio. alioquin rotæ intimæ minuerentur, ac rurſus incrementū reciperent. atq; idem in orbem uerſaretur. at uero in animali idē effici poteſt maius minuſq;, et figuram commutare. Cū partes ui caloris dilatãtur, et rurſus ob frigus in arctum ſe colligunt, et alterantur. Alterant uero imaginationes, et ſenſus, atq; cōſyderationes. Nā ſenſus, qui alterationes quædam ſunt, A PRIMO inſunt. imaginatio, et cōſyderatio uim obtinēt rerum. Cum ſpecies intellecta calidi, uel frigidi ſuauis, aut formidabilis ſimilis quodam modo rebus ſit. Vnde fit ut ſola conſyderatione tremor, timorq; inuadat. quæ omnia affectiones ſunt, et alterationes. at quæ in corpore alterãtur, ea partim maiora, partim minora fiunt.

ILVD ſatis conſtat, uel modicā in principicipio traſmutationem facere a longinquo magnas multaſq; differentias. ut clauo q̄libet modice tranſpoſito prora oppido q̄ transfertur. Præterea huiuſmodi uariatio fit, per calorem, frigus ue, aūt cæteras id genus affectiones. Factam enim uarietatem in corde, etiam in particula, cuius magnitudo percipi nequeat ſenſū, magna per corpus diuerſitas ſequitur. ruborum, pallorum, tremoris, metuſq;, et eorum, quæ his oppoſita ſunt.

Principium

IN æqual. Cū ſint in curru quaternæ rotæ, binæ priores minores ſunt, q̄ poſteriores, ut motus ſit facilior. ideo aūt uidētur paruæ rotæ pro cētro eſſe, q̄a illis totus currus maxime accubat et innitit, et maiores rotæ circum eas quodā mō uolui uidentur. q̄ minores cum mouētur cætera facile eas ſequūt, uelut ipellēdo. ut fit in motu cylindri. ē āt cylindrus lapis teres, ideſt ꝓcerus et rotūdus. ut ergo cylindrus initio ab aliquo in rectū impulſus deinde aliquantiſper uoluendo cōtinuat ſpōte ſua motum, ſic currus motus in rectū ab equorū rectore ipſe ſua ſpōte in orbem mouetur parte ſui. aurīga .n. non id agit ut rotas uerſet, ſed ut currū in rectū trahat, at interim rotæ ob ſuam figurā ſpōte uoluuntur. et q̄a ſunt inæquales, motum etiam rectum ſua uertigine, uel ceſſāte motore ſpōte continuant, cætera enim paruis rotis incubendo ipſas uoluunt, ſequunturq;. Nam qui paruas rotas modiolos intelligunt, mirandam, ne dicam ridiculam expoſitionem afferunt. cum nec modioli rotæ ſint, nec faciant ad ſpontaneum motum. Sed hos decepit, quod paruas rotas appellat intimas, ignaros ea ratione intimas, dici qua centri eas habere locum diximus. A PRIMO ideſt ab initio.

Principium itaq; motus, qui ad actionem pertinet, ut dixi expetenda, fugiendaq; ſunt. quarum rerum conſyderationem, imaginationemq; calor, et frigus neceſſario conſequuntur. Nam triſte fugiendum, ſuaue petendum eſt. q̄q̄ hoc admodum latet, cum circa parua co͞tingat.

A T O M N I V M fere triſtium ſuauiumq; frigus quoddam, et calor comites ſunt. Declarant hoc confidentiæ, metus, libidines, et cæteræ affectiones corporales triſtes, ſuaueſq;. quæ partim portionem corporis cum calore, et frigore, partim ſolidum corpus obtinent. Memoriæ uero atq; ſpes his pro imaginibus uſæ, modo minus, modo magis cauſa ipſorum exiſtunt. Quare partes intimæ officiales, quæ principia circumſiſtunt, ſcite, ac fabre ita ſunt coſtitutæ, ut concreta diluant in liquorem, et liquida uiciſſim cõcernant. Item ut mollia duraq; alternis cõuarient. Cumq; ad hunc modum hæc contingant, ſitq; actiui et paſſiui, qualem ſæpe diximus, natura, cum uſu uenit, ut hoc actiuum ſit, illud paſſiuum, et neutri quiſq̄ abeſt ex his, quæ ratio deſyderat, protinus alterum agit, alterum patitur. Quare ſimul fere intelligit progrediendum eſſe, et progreditur, niſi quid aliud impedimento ſit. Partes enim inſtrumentariæ ab affectionibus decenter et appoſite præparantur, affectiones ab appetitu, hic ab imaginatione, quæ per conſyderationem fit aut ſenſum. Simul autem et celeriter præparatio fit. quia actiuum et paſſiuũ ex eorum genere ſunt, quorum alterum alterum reſpicit natura. Mouẽs uero et primum animal neceſſe eſt, ut ſit in aliquo principio. Diximus iuncturã principium unius eſſe, alterius finem. idcirco natura tum ut uno, tum ut duobus utitur ea. Nam cum hinc mouetur neceſſe eſt extremorum ſignorum alterum quieſcere, alterum moueri. Quoniam, ut prædictum eſt, quod mouet, aliqua ſtabilitate firmetur oportet. Extremum igitur brachii mouetur, non mouet. at iuncturæ, quæ in cubito habetur, id mouet, ac mouetur; quod eſt in toto, quod mouetur. Sed neceſſe eſt aliquid eſſe immotum. quod quidem dicimus unum ſignum eſſe potentia, actu fieri duo. Itaq; ſi brachium eſſet animal, hac in parte haberet animæ principium

et mouens. Sed quia fieri poteſt, ut aliquod inanimatũ hoc mo-
do ſe habebat ad manum, ut ſi quis uerbi gratia manu mo-
uet bacillum, palam fit, quod in neutro extremorum eſſet ani-
ma, neq; in extremo eius quod mouetur, neq; in altero princi-
pio. Baculus enim reſpectu manus principium habet, et finẽ.
Quare ſi animæ principium mouẽs non eſt in baculo, neq; in
manu certe eſt. Nam ſimiliter ſe habet extremum manus ad bra
chiale, et pars hæc ad cubitum. nec intereſt adnata hæc ſint,
an non. Fit enim bacillus quaſi pars, quæ demi poteſt. quod
ergo finis eſt alterius, id in nullo principio ſit neceſſe eſt.
Etiam ſiquid aliud illo eſſet exterius. Exempli gratia. Princi-
pium extremi baculi eſt in manu, huius autẽ in brachiali. quod
ſi animæ principium mouendi non eſt in manu, ſed ſuperius ẽt
num, ne hic quidem erit certe. Nam cubito etiam manente, c m
nis tamen pars inferior continua mouetur. Sed quoniam eodẽ
modo ſe habet a dextra parte, atq; a læua, et ſimul contraria mo
uentur, cũ læua pars nõ moueatur ob quietẽ dextræ, nec e diuer
ſo, quia illa quieſcit, hæc moueatur, ſemper enim utriuſq; princi
pium eſt in parte ſuperiore, neceſſarium eſt, principium mouen
tis animæ in medio conſiſtat. Nam mediũ utriuſq; extremi, ulti-
mum eſt. Et hoc perinde ſe habet ad motus qui fiunt a parte ſu
periore, atq; ad motus qui ab inferiore proficiſcuntur, ut quæ a
capite ſequũtur, ad ea quæ ab ſpina in his, quibus ſpina data eſt.
Nec iniuria. in hac. n. parte facultatẽ ſentiendi ſitam eſſe confir-
mamus. Quã ob rem alterato uariatoq; loco, qui principio adia
cet per ſenſum, quæ proximæ ſunt partes uariantur dilatando
et contrahendo. unde neceſſario fit motus in animalibus.

MEDIA aũt corporis pars cũ potẽtia ſit una, neceſſe eſt ta-
men actu plures fiat. Quia mẽbra ſimul a principio mouentur.
et altero ſtãte mouet alterũ. Vt uerbi gratia in. a. b. g. mouet. b.
et. a. mouet. Sed oportet aliquid maneat, ſi debet hoc moueri, il-
lud mouere. Ergo. a. cũ ſit unũ potẽtia, erit officio duo. et pro-
inde neceſſe eſt, magnitudo ſit, nõ punctus. Sed fieri põt ut. g. ſi
mul et. b. moueant. Quare neceſſe eſt, ambo principia eorũ, quæ
ſunt in. a. uti mota moueãt. Prorſus ut ꝑter hæc alterũ, qđ mo
ueat

ueat, nec moueatur, ad eſſe oporteat. aliter. n. extrema et principia eorũ quæ in. a. mouẽt, ut mutuo renixu fulcirentur. ut ſi q auerſi ac dorſis renitẽtes crura moueãt. neceſſe eſt. n. aliqd adſit, quod moueat utrũq;. quod quidẽ aĩa eſt. Quæ cũ ab hac magnitudine diuerſa ſit, in ipſa tamen eſt. Ergo ſecundũ rationẽ, quæ motus cãm reddit, appetitus eſt mediũ, qd mouetur, mouetq;. Sed in corporibus aĩatis aliqd huiuſmodi corpus ineſſe oportet. Quod igitur mouet, nec aptũ eſt ẽt mouere, id pati põt alienã uirtutẽ: quod uero mouet, neceſſe eſt, aliquã habeat facultatẽ ac robur.

VIDENTVR aũt oĩa aĩalia innatũ habere ſpiritũ, et hoc ipſo ualere. cuius quæ ſit conſeruatio alio loco diximus. Hoc aũt ad animæ principiũ perinde ſe habere uidetur, ut ſignũ quod eſt in flexuris mouens motũq; ad id quod imotum eſt. Sed quia principiũ aliis in corde, aliis in cordis proportionali habetur, idcirco ſpiritus innatus in hac parte uidetur eſſe. Sed illa quæſtio utrum idẽ ſemper ſpiritus ſit, an ſemper alius, qui ſubinde regeneretur, ad aptiorẽ locũ reſeruetur. eadẽ eſt. n. ratio huius, et cæterarũ partium. Spiritus autem naturæ ingenio apposite cum motore congruit, ac uires ſubinde ſuggerit. Sed cũ motus officia ſint impulſio et attractio, inſtrumetum dilatari, idemq; contrahi poſſe opus eſt. qualem naturam ſpiritus ſortitur. quippe cũ abſq; uiolentia contrahatur, uim inferat. impellatq; ob eandem cauſam. Habet itidem grauitatem rebus igneis comparatus. Idẽ ſi ad contraria ſpectes, leuitatem. Oportet autem non alteratione tale ſit, quod mouere debet. Nam corporum naturalium alterum ab altero per exuperantiam ſubigitur. quoniã leue in regione infima a grauiore debellatur. ut graue in ſuperna a leuiore. Sed qua parte mota, mouet anima, et quam ob cauſam dictum eſt. Porro intelligere oportet, ſic animal eſſe conſtitutum, ut ciuitatem bonis legibus formatam. in qua cum ſemel ordo conſtiterit, haud deſyderatur in ſingulis rebus opera principis ſeparatim, ut unicuiq; muneri hunc ad eſſe oporteat. Sed quiſq; iniuncta obit munera ut ſanctitum eſt. et fit unum poſt alterũ per conſuetudinẽ, quod ipſum in animalibus fit per naturam. Et quia eorum, quæ ſic cõſtant, naturaliter ſuũ quodq; præſtat officiũ. Prorſus ut nihil ſit

neceſſe ſingulis adſit anima, ſed hac præſente alicui principio corporis cætera uiuant quidem, quoniam adnata ſunt, ſuis aut muneribus ob naturam fungantur. Sed quomodo uoluntariis motibus, ferantur animalia, et quas ob cauſas explicatum eſt.

CAETERVM inuitis motibus quandoq; nonnullæ partes mouentur, non uoluntariis perſæpe. Inuitos motus appello, ut motũ cordis, et membri genitalis. Sæpe.n. aliqua inſpecta re ſine mẽtis imperio mouentur. non uoluntários, ut ſomnum, uigiliã, ſpirationem, et cæteros id genus, quorum nullius domina eſt, et moderatrix imaginatio, aut appetitus. ſed fiunt, quoniam neceſſe eſt naturali alteratione animalia alterari, et partium alteratarum hãc augeri, illam iminui. Prorſus ut moueãtur et tranſmutẽtur mutuis tranſmutationibus, quæ haberi natura poſſunt. Cauſæ naturales motuum, et motus irrationales dictarũ partium fiunt incidente alteratione. Nã itellectus et imaginatio, ut ſupra dictũ eſt, afferunt affectioni efficiẽtia, cũ efficientiuũ ſpecies admoueãt. Sed inter partes operatio harũ maxime cõſpicua ẽ. quoniã eſt utraq; uelut aĩal ſeiũctũ a partibus. Cuius cauſa eſt, quoniã humorẽ obtinẽt uitalẽ. Cor haud dubie idcirco qã principia ſenſuũ hẽt. Mẽbrũ genitale, qa talis ẽ nota. Egreditur.n. ab ipſo ſeminalis facultas, ceu aĩal quoddã. Motus aũt rectã rõne a partibus, pricipio cõtingũt, et a principio partibus, et hac mutua reciprocatione proſiſcũtur. Intelligẽdũ eſt.n. a. eẽ principiũ. Motus igiť p ſingula cõſcripta elemẽta ad principiũ pueniũt, et a pricipio moto et trãſmutato. eſt.n. potẽtia multa. Principiũ igiť ipſius. b. puenit ad b. principiũ ipſius. g. ad. g. principiũ amborũ ad utrũq;. et de. b. ad. a, uenit ut ad pricipiũ. ab. a. ad. g. ut a principio. Poſtremo qđ in eadẽ rerũ cõſyderatione mõ fiat motus, q ꝑter rationẽ cõtingit, mõ ſecus, ea cauſa eſt, quod tũ ſuppetit materia paſſiua, tũ tanta, uel talis nõ ſubeſt. Sed hactenus de partibus ſingulis aĩaliũ, et de aĩa. itẽ de ſenſu et memoria, de ſomno quoq; et motu cõmuni cauſas diximus. reliquũ eſt, ut de aĩaliũ generatione dicamus.

FINIS TRACTATVS DE
MOTV ANIMALIVM

LIBER ARISTOTELIS DE LONGITVDINAE ET BREVITATE VITAE INTERPRETE EODEM IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

c VR ANIMALIVM QVAEDAM longæ ſint uiuacitatis, rurſus quædam celeriter aboleãtur, et oĩo lõgitudinis, ac breuitatis uitæ cauſas cõſyderare oportet. Cuius cõmẽtationis initio illud quærere neceſſariũ eſt (neq;.n.ſatis liquet) utrũ eadẽ, an diuerſa cauſa exiſtat cũctis animãtibus, atq; plantis, cur his longa, his breuis data ſit uita. Nã plantæ partim ãnuam, partim longiſſimi temporis uitam habent. PRAETEREA utrum inter ea, quæ natura cõſiſtunt eadẽ ſint, quæ longo uiuunt tempore, et quæ firmã ualẽtẽq; naturã ſortita ſunt, AN diuerſa. Itẽ qđ breuis eſt uitæ. et quod tenuẽ habet ualetudinẽ. An per aliquos morbos corpora naturã ualetudinaria, cũ his confundantur, quorũ uita breuis eſt, et contra nihil prohibeat, per nõnullas ægritudines ualetudinarios eſſe; qui uitæ ſunt lõgioris. De ſomno itaq;, et uigilia dictũ eſt prius. ac poſt de uita et morte dicẽdũ eſt. Itẽ dr mala et bona ualetudine, quatenus pertinet ad naturalẽ doctrinam. Nunc, ut præfati ſumus, ueſtiganda cauſa eſt, cur animaliũ alia lõgæ, alia breuis uitæ ſint. HABENT utro hanc differentiã tota genera generibus cõparata, et quæ ſubduntur uni ſpeciei, ipſa inter ſe. Differentiã dico ſecundũ genus, qualis eſt hominis ad equũ cõparati. Siquidẽ humano generi longior tributa eſt uita, quã EQVORVM. ſecundũ ſpeciem, qualis eſt hominis ad hominẽ. Mortaliũ nãq; alii longo, alii breui tempore uiuunt, pro locorũ, q̃bus diſtant diuerſitate. Gentes.n. quæ calida inhabitãt loca, q̃ quæ frigida uiuaciores ſunt. Quin et eiuſdem loci incolæ nõnulli hanc habent inter ſe diuerſitatem. Sed intelligere oportet, quid in rebus naturalibus maxime, quidq; minime interitui oportunum ſit. Nã ignis et aqua. ET QVAE his

Præter. utrũ ea ſint uiuaciora, quæ firma ualetudine ſũt.

AN diuerſa? utrũ aliqua cum diu natura uiuant, ualetudinaria tamen & imbecilla ſũt. ac eodem modo quærit de parũ uiuacibus & imbecillis, eadẽne ſint, an iterdum non eadem.

Habent. Tota genera, ut genus hominum, aut elephantorũ in uniuerſum uiuacius eſt canum aut equorum genere. Genus.n. hoc in loco, ut ſæpe alias, pro ſpecie ab Ariſtotele ſumitur. nec intereſt, ſubalterna ſit, an ſpecialiſſima. Quæ ſubdũtur uni ſpeciei, ut Iſocrates natura uiuacior fuit Platone.

Equorũ ætas ſi cura adhibeatur ad quinquageſimũ annũ protrahitur ad ſũmũ. Ari. de nat. ani. li. vi. cap. xxii. Et quæ. cætera elementa. Nam elemẽta cum habeãt diuerſas qualitates, ipſa inter ſe uiciſſim generãt, & interimunt, & alia, quæ ex elementis cõſtant.

Ali. quæ non conſtant ex elementis, ſed ſunt affectiones ſiue accidentia.

cognata ſunt, cũ non eandem obtineant facultatẽ, uiciſſim inter ſe ortus et interitus cauſa ſunt. Vt ſit cõſentaneũ reliqua, quæ ex his ſunt, et conſtant horũ natura participare. Nempe quæ non multarum rerũ cõgerie aggregantur, ut domus. ALIORVM igitur diuerſa ratio eſt. Nã bona pars rerum peculiares habet interitus, ut doctrina, ſanitas, morbus. Hæc.n. ſaluis etiam ipſorũ excipientibus intereunt. Verbi gratia. ignorantiam interimit reminiſcentia, atq; eruditio, queadmodũ doctrinã, obliuio, et deceptio. Nã rerũ naturaliũ interitus aliarum rerũ abolitio, per accidens conſequitur. quia dũ animalia intercidunt, pereunt quoq; ſcientia, et ſanitas, quæ eis ſunt. quare poſſet aliquis de anima ex his ratiocinari. Nã ſi anima nõ natura exiſtat, ſed quomodo ſcientia in anima, ſic ipſi in corpore ſit, nimirum alius eius interitus eſſe poſſit, atq; is, quo in diſſolutione corporis aboletur. QVARE cũ huiuſmodi eſſe nõ uideatur, aliter ſe habere cõuenit ad corporis ſocietatẽ. Sed poſſet quiſpiã, nec temere dubitare, ſit ne locus ubi quod mortale eſt, futurum ſit immortale? ut ignis in ſuperna regione, ubi non eſt contrarium.

Quare. cum anima non uideatur eſſe, ut accidens in ſubiecto, aliter ipſa corpori coniungitur, atq; ſciẽtia ipſi aiæ.

NAM QVAE contrariis ſubſiſtunt, ex accidenti perimuntur, quoniã ſcilicet illa diſpereunt. Contraria enim alterum ab altero intercipiuntur. SED oppoſitorũ, quæ ſunt in ſubſtantia, nullũ interit ex accidenti. cũ ſubſtãtia nullo ſubiecto prædicetur. Quare fieri nõ poteſt, ut aliquid intereat, quod a contrario non laceſſitur, et ubi contrarium nõ eſt. Nam quod perimat, quid erit, ſi ab oppoſitum abeſt, aut oĩo, aut certe ab hoc loco? An hoc partim uerũ eſt, partim ſecus? Impoſſibile eſt.n. habenti materiam utcũq; nõ in eſſe cõtrarium. Prorſus nãq; fieri poteſt, ut calidum inſit, aut rectum. At ubi impoſſibile eſt eſſe, uel calidũ, uel rectum, uel album? Erũt.n. affectiones diſcretæ. Si ergo cũ actiuũ et paſſiuum ſimul ſunt, illud ſemper agit, hoc ſemper patitur, impoſſibile eſt, nõ fieri mutationem. Præterea excrementum facere neceſſe eſt. at ex crementũ contrariũ exiſtit, cũ ex contrario ſemper fiat cõmutatio. Eſt aũt excrementũ reliquiæ prioris quod ſi omnis res trudit, quod eſt actu cõtrarium, utrũ eſſet hoc in loco. immortale, an non? ſed a continente interimeretur. Si ergo ſufficit ex dictis, ſufficiat ſane. Sin minus, ſtatuere oportet, aliquid ineſſe actu contrariũ, et excrementũ fieri. Qua propter minor flamma a multa cõburitur ex accidẽti. Quoniã alimentũ, quod illa multo

Nam quæ. ſubſtantiæ, quæ ſubſtãt accidẽtibus cõtrariis ĩdeſt qualitatibus actiuis & paſſiuis, non intereunt per ſe, quia ſubſtantia non agit in ſubſtantiam, ſed per accidens. quia interemptis illis accidentibus, qbus ipſæ conſeruant, ipſe quoq; diſpereunt.

Sed oppo. illa affectiões oppoſitæ nõ pereunt ex accidẽti ideſt quia ſubſtãtiæ intereunt, ſed ipſa ſui. & ſubſtãtiarũ interitus cauſa ſunt. neq;.n.ẽ eadẽ ratio huiuſmodi affectionũ, & earũ, quas ſupra dixit ex accidẽti aboleri. Sed an hæc quoq; interdũ

tempore

tempore conſumit, puta fumum, hoc multa flāma celeriter abſol‑
uit. Quare oia ſemper ſunt in motu. generanturq́; et intereunt,
Continens aūt uel adiuuat, uel repugnat. quæ cauſa eſt, ut anima
lia mutatis locis lōgiorem breuioréue, q̄ pro ipſorū natura uitam
indipiſcantur. At quibus contraria inſunt, ea ubi poſſunt eſſe ſem
piterna? Nam materia ſtatim a principio contrarium habet. Itaq;
SI QVALITATIS contrariū obtinet, loco mutatur. Si quan‑
titatis, augmento, et decremento. Si effectionis, alteratur.

ex accidenti aboleantur, magna quæſtio ē, nec huic breuitati conueniens.

Qualitatis. grauitatis aut leuitatis ratione.

NEq; uero animalium ut quæq; maxima ſunt, ita minus interitui opportuna exiſtunt. Nam equus breuioris eſt uitæ, quam homo. Sed ne parua quidē ab interitu ſunt tutiora, argumento; quod inſectorū magna pars annuā uitā nō excedit. Nec in uniuerſum plantæ uiuaciores ſunt animalibus. quippe quarū nōnullæ haud diutius anno uiuunt. Item nec ſanguinea exanguibus uiuaciora ſunt, ut indicat apum uita lōgior, quā nōnullorū ætas, quibus ſanguis ineſt. Nec rurſus exāguia ſanguineis, nā quæ mollia appellantur, cum ſanguine careant, intra annum uitā abſoluūt, Nec terreſtria cæteris etenim ſunt plantæ, et pedeſtria aīalia, quibus uiuendi terminus anno præſcriptus eſt. Nec rurſus marina, quorum quæ ſilicea teſta operiūtur, et mollia modicæ uitæ ſunt. Cæterum oio, quæ diutiſſimè uiuunt, in genere plantarū ſunt. ut palma, Proxime ab his ſanguineum genus diuturnius eſt, q̄ exangue. itē pedeſtre, q̄ aquatile. quibus collatis, in genere ſanguineo, eodemq; terreſtri ſunt animaliū uiuaciſſima. VT HOMO et elephantus. Et magna ex parte maiora minoribus diuturniora ſunt. Nā et inter alia cōtingit magna eſſe, quæ diutiſſime uiuunt. ut ea quæ diximus. quorū omniū cauſam ita potiſſimū æſtimare licet.

Vt ho. Elephātum & hominem ponit pro exemplo. quia hæc ſunt animalia uiuaciſſima. homo enim plus tēporis, q̄ quoduis animal uiuit excepto elephāte. Ariſt. de ge. ani. li. iiii. c. x. uiuit autem elephantus, ut quidam aiunt, ducentos annos, ut alii centū & uiginti Ar. de nat. ani. li. ix. c. xlvi.

INTELLIGERE oportet animal natura humidum calenſq; exiſtere, et uiuere ipſum huiuſcemodi eſſe. Cōtra ſeniū frigidum eſſe atq; ſiccum, quale itē quod emortuū eſt. Sic. n. apparet. Sed corporū exiſtentium materia hæc ſunt. calidum, frigidū, ſiccū, et humidum. Neceſſe eſt igitur, quæ in ſenium uergunt, ſicceſcant. Proinde ad diuturnitatē ne humidū facile exareſcat, in‑
ereſt. quo fit, ut pinguia minus ſin apta corruptioni. Cuius cauſa eſt, quoniam iſthæc aerea ſunt. eſtq; aer ad alia comparatus, ignis

I ii

bus exiguum, aut nihil ſanguinis datũ eſt, partim nequaq̃ gignũtur in locis ſeptentrioni adiacentibus, nec in terra, quæ pedeſtria ſunt, nec aquatilia in mari, partim procreantur quidem, ſed minora, et breuioris uitæ. ſcilicet rigore incrementum auferente. Porro plantæ, et animalia cum alimento defraudantur, intercidunt, ut corpore eodẽ ſeipſum diluente. Nam ut multa flãma exiguam comburit, abſumitq; alimenti abſolutione, SIC calor naturalis intercipit id, cui primo ineſt facultas cõcoquendi, abſumpta, in qua eſt, materia. Item aquatilia minus uiuunt, q̃ terreſtria. Non quia humida prorſus exiſtãt, ſed quia aquoſa. atqui aquoſum humidum, cum ſit frigidum, et congellationi perobnoxium, facile corruptionis iniuriam ſentit. quæ cauſa facit, ut exãguia, ni magnitudo ſubuenerit, propere intereant. pingui et dulci non ſuppetente. Siquidem in animali pingue, dulce exiſtit. quo fit, ut ab apibus quædã maioris molis animalia diuturnitate uincantur.

Sic ca. Calor naturalis maior intercipit minorem coquentem cibum, quia conſumit humidum, radicale dictum, quod eſt materia, in qua eſt ille minor.

CAETERVM in plantarum, potius q̃ in animalium genere ſunt lõge uiuaciſſima. Primũ, quia plãtæ minus ſunt aquoſæ, ac proinde frigore haud facile cõcreſcunt. deinde, quoniã ſiccæ, terreſtreſq; pingue habẽt et uiſcoſum. nec humidum adeſt, quod facile ſicceſcat. Porro arboribus cur longã uitam natura tribuerit, inueſtiganda cauſa eſt, quam peculiarem habent præter animalia, exceptis, quæ inſecta nuncupantur. Nam plantarum diuturnitatis in cauſa eſt. quia ſemper nouæ ſtirpes producunt. cum ſeneſcẽtibus ramis, alii pullulent. quæ eadem eſt radicum natura. et non eodem tempore, uerum tunc ſolum, cum caudice, at ramis cõmortuis adnaſcuntur alii. cũ uero radices ſic ſe habent, aliæ ex præexiſtente gignuntur, et ſic perpetua uiciſſitudine alterum intercidit alterum generatur. quare arbores longæuæ ſunt. Hoc uero plãtæ inſectis ſimiles ſunt, quod diuulſæ quoq; uiuunt. et ex una duæ, multæq; fiunt. q̃q̃ inſecta diuulſa uiuunt illa q̃dẽ, ſed nõ diu, deficientibus nõ modo inſtrumentis, ſed ẽt principio, a quo poſſint inſtrumenta reparari. Planta contra ſe habet. Nam ubiq; potentia radicem et caulem habet. QVAE POTENTIA facit, ut ſene

Quæ po. Ea uirtus, quæ eſt in qualibet parte plantæ cauſa eſt, ut unus ramus ſeneſcat, alter adnaſcatur. inter quos ramos tam parua eſt differentia, ut uix poſſint dignoſci, quia diutiſſime uiuunt. Perinde autẽ eſt, ramum adnaſci, ac ſi aulſus ab aliqua ſtirpe, plantaretur.

ſcenti ramo ſemper nouus ſuccedat, paruo ob diuturnitatē diſcri/mine. Plātationis more. nā in plātatione hæc quodā modo acci/dere dicas. quādo q dē quod auulſione plantatur; pars eſt. itaq in plātatione hoc abiūctis cōtingit, illic per cōtinuitatē. Cuius cauſa eſt principium quod paſſim cū uirtute adeſt. Sed illud eſt plantis cōmune cum animalibus, quod in utroq genere, mares ſunt fœ/minis magna ex parte uiuaciores. iidemq ſuperna q̃ inferiora, maiora obtinēt. Nā et maſculi magis pomiliones q̃ fœminæ ſunt, calido ſuperiora, frigido inferiora tenēte. Et plantæ quibus caput grauius eſt, diutius uiuūt. nec ſunt ex earum genere, quæ intra an/num uitam finiunt, ſed in arbores euadunt. Nam pars ſuperior, caputq plantæ radix eſt. Plantæ uero annuæ fructum et incre/mentum parte infima ſumunt. Sed de his rebus in libris de plantis ſeorſum diſſeretur. Nunc aliorū animalium lōgæ et breuis uitæ cauſa reddita eſt. Sequitur ut de iuuenta et ſenecta, itē uita et mor/te diſputemus. qua diſputatione abſoluta, cōmentationi de anima libus modus erit.

FINIS LIBELLI DE LONGI/
TVDINE ET BREVITA
TE VITAE.

LIBER ARISTOTELIS DE IVVENTA ET SENECTA VITA ET MORTE AC DE SPIRATIONE INTERPRETE IO. GENESIO SEPVLVEDA CORDVBENSI.

i AM DE IVVENTA ET SENECTA, itē uita et morte differendū eſt. ſimulq; ſpirationis cauſas reddere fortaſſis ē neceſſariū. Siqdē nōnullis animaliū uiuere et nō uiuere i ſpiratione poſitū eſt. Sed qa de aīa diſſeruimus alias, cōſtatq; fieri nō poſſe, ut eius ſubſtātia corpus ſit, cū tamen exiſtat i aliqua corporis parte, et hac ex numero facultatem habentium, quomodo cæteræ corporis uel partes, uel potentiæ nuncupētur, nunc pretermitto cæterum quocūq; animalia dicuntur, et uiuere, quæ utrūq; ſortita ſunt, ut ſint inquam animalia, et uiuant, hoc ut eadem, ac una pars ſit, neceſſariū eſt qua parte aīal uiuit, quaq; aīalis noīe nūcupaẗ. Animal.n. qua aīal ē, ut nō uiuat, fieri nō pōt. Qua aūt uiuit nō cōtinuo uti aīal ſit, eſt neceſſe. Nā plātæ uiuūt illæ qdē, oīs tamen ſenſus expertes ſunt. Porro ſenſu aīal a nō aīali ſecerniẗ. Oportet igiẗ, ut hæc pars numero unū et idē ſit, eſſe aūt plura et diuerſa. Haud.n.animal eſſe, hoc eſt quod uiuere.

SED qa propriorū ſenſoriorū unū aliquod cōe ſenſoriū eſt, in quod ſenſus actu neceſſario cōcurrūt, pat eſt, hoc medium ſit eius quod ante appellaẗ quodq; pone. Diciẗ.n.ante id, quo nobis ſenſus uergūt, Pone, qđ huic oppoſitū eſt. Ad hæc cū omniū aīaliū corpus ſupra et īfra diuiſum ſit, cuncta.n.ſupra habēt et īfra, adeo ut hæc ne plātis qdē negata ſint, dubitari nō pōt, quin horū medio alendi principiū habeat. Pars.n.qua trāſmittiẗ alimētū ſpectātibus ad ipſam, nō ad ambiens uniuerſum, ſuperior appellaẗ, inferior, qua primū egeruntẗ ex exremēta. q̄q̄ hæ partes i aīalibus, cōtra q̄ in plātis habentẗ. Homini nāq; ob erectionē potiſſimū īter aīalia hoc tributū eſt, ut eius ſuperior pars, uniuerſi ſuperiorē ſpectet, cæterorū i mediū uergit. Sed plātæ qa manēt immotæ, et a terra ſumūt alimētū, neceſſe eſt, ut hāc partē infra ſemp habeāt. Quoniā plātis radices ꝓportione ꝑ his ſunt, quæ in aīalibus ora nuncupatur. qua ſcilicet parte cibū ſumūt plātæ ex terra, aīalia per ſe ipſa.

SED cum ternæ ſint partes in quas cuncta perfecta animalia ſe/
cantur, una qua cibus admittitur, altera qua egeritur excremētum,
tertia quæ in medio conſiſtit, hæc in maximis animalibus pectus
appellatur, in cæteris ꝓportionale. Quanq̃ eam partē alia alijs ex/
preſſiorem ſortiuntur. Animaliū aūt greſſilia partes obtinēt, quæ
ad hoc munus accomodantur, quibuſq; totū corpus ferunt. Cru
ra inquā et pedes, quæq; his ſimilē obtinent facultatem. At princi
pium uegetalis animæ in medio trium partiū conſiſtere et ſenſus
teſtimonio cōfirmatur, et ſenſui ratio ſubſcribit. Nā bona pars ani
maliū auulſa utraq; parte, capite inquā et alimenti cōceptabulo, ui
uunt tamen cū ea parte, cū qua mediū eſt. ut inſecta poſſunt eſſe
nobis documento. Exēpli gratia ueſpæ, apeſq;. quin et pleraq; alia
ab inſectis diuulſa uiuere queunt partis altricis beneficio. Sed hæc
pars actu una, potentia plures habetur. Siquidem huiuſmodi ani/
malium conſtitutio plantarū cōſtitutionē æmulatur. quæ plantæ
diuulſæ, ac ſeiunctæ uiuūt. et multæ arbores ab uno principio ꝓ/
creantur. Sed quam ob cauſam quædā auulſæ uiuere nō poſſint,
aliæ AVVLSAE prouenire ualeāt, alia quæſtio erit. Hactenus ta
men plātæ, et inſectorū genus ſimiliter ſe ſe habent.

Auulſæ. Multis modis proueniunt ſtirpes. aut ſponte, aut ſemine, aut plantis, radicis, aut propagine, aut auulſione aut ſurculo, aut inſito, & confecto arboris trunco. Per auulſionē prouenire dicuntur, quādo auulſi ſtolones uel ſurculi plātati fuerint, ut uites, ficus, fraxini. qua ſatione nō omnes arbores ꝓuenire dicit Ariſ. de qua re Theophraſtus d' hiſtoria plantarum li. z. ca. i.

EST uero neceſſe, ut uegetalis anima in his, quibus tribuitur,
actu una ſit, potentia plures. Itidem et ſenſuale principium. cū in
ſecta diuulſa ſenſum habere cernātur. quanq̃ ad naturæ conſerua
tionē plantæ uirtutem retinent, aīalia non retinent, orbata nimi/
rum inſtrumentis, quæ ad cōſeruationē accōmodātur, indiguaq;
partim inſtrumenti, quo cibus ſumitur, partim eius, quo excipitur
alimentū. quædā ēt aliorū, nō horum utriuſq; tantū. quādoq; dē
huiuſmodi animalia multis congenitis animalibus ſimilia ſunt.
Quod optime cōſtitutis animalibus haud cōtingit. quoniā ipſo/
rum natura, quoad fieri pōt, una eſt. Quo fit, ut quædam diuulſis
partibus exiguū ſenſum faciant, cū habeant quandā affectionem
animalē. Seiunctis nāq; uiſceribus motum faciunt, ut teſtudines
ablato corde. Præterea in plātis declarat̄, et in animalibus. In plā/
tis ſiquis generationē ex ſeminibus cōſyderet, inſectioneſq; ac per
auulſionē ſationes. Cunctis. n. generatio ſeminū ex medio cōtin/
git. Nam cū omnes plantæ binas uelut ianuas ſortiantur, ubi cō/
miſſio habetur, ibi quoq; medium utriuſq; partis exiſtit. Hinc. n.

et caulis

et caulis et radix plantarũ enaſcitur. Principiũ autẽ eſt ipſorũ medium.tũ in ſectionibus tum ẽt in auulſorũ ſectionibus. quod maxime circa nodos contingit. Nodus.n.eſt quoddã principiũ ſurculi.et ſimul mediũ.quare aut hunc auferunt, aut in illũ iniciunt. ut ex ipſo uel ſurculus uel radix generetur. ceu conſtet principiũ ex medio caulis et radicis.

PORRO animaliũ ſanguine prædictorũ cor primũ generatur. quod uobis exploratũ eſt.ex his quæ in aialibus cõſyderauimus. quæ dũ fierent, licuit nobis inſpicere.ut ſit neceſſe, in exanguibus quoq; cordis inſtar habet, primũ generetur. Nã cor eſſe uenarum principiũ iã diximus in libris de partibus animaliũ. et in ſanguineis animalibus ſanguinẽ eſſe ultimũ alimentũ, ex quo partes generantur. quare perſpicuũ eſt, primo cibũ oris facultate cõfici, deinde ſtomachi uirtute cõcoqui. Poſtremo ac precipue a corde digeri.quare neceſſe eſt, ut principiũ aiæ tũ ſenſualis, tũ ẽt uegetalis in corde ſanguineis inſit.quandoquidẽ cæterarũ partium munia, quæ pertinẽt ad alimentũ, huius muneris gratia ſunt. Oportet.n. ut quod precipuũ eſt, perſiſtat circa id quod cuius gratia appellatur, nõ in his, quæ huius gratia ſunt.ut medicus circa ſanitatẽ. At q ſenſuũ princeps cunctis ſanguinis cõpotibus in corde ineſt in hoc.n.neceſſe eſt, ſenſoriũ habeat cæterorũ ſenſoriorũ cõmune. Duo tamẽ manifeſto huc uidemus ptinere guſtatũ, tactũq; quare neceſſe eſt, ut alii quoq; ſenſus huc pertineant. in hoc.n.aliis ſenſoriis licet motũ facere. Hæc aũt nõ cõtendunt ad ſupernũ locũ. Præterea ſi uiuere cũctis in hac parte ſitũ eſt dubitari nõ põt, quin et principiũ ſenſuale ibidẽ neceſſario inſit.qua.n.aial, hac dicimus uiuere.et qua ſenſuale, eadẽ aial corpus eſſe animus. Sed cur ſenſuũ quidã haud dubiæ cõtendãt ad cor, quidã cõſiſtant in capite, id quod nõnullis perſuaſit, aialia per cærebrũ ſentire, alio loco ſeparatim eſt a nobis diſputatum. Ergo et uſu ex his.quæ diximus aperte declaratur, in hac parte, et in medio triũ corporis partiũ ineſſe principiũ aiæ ſenſualis, ac eius quæ uim habet augendi, Itẽ in uegetalis, et ipſa quoq; ratio cõſentit. cernimus.n.naturam cunctis in rebus, eorum quæ põt, pulcherrimum quodq; efficere. Vtroq; igitur principio mediam tenente ſubſtantiam, utraq; pars

ſuo numero maxime fungitur, et quæ ultimũ alimentum coquit, et quæ ſuſceptioni delegata eſt. Sic.n.iuxta utranq; erit. Præterea huius medius locus, principis eſt locus. qui principis, ut potentiã, ſic uti locum capiat, ratio eſt.

Adhæc. dicturus de calore naturali hæc præfatur anima.n. uti calore naturali in ſuis operibus, ut paulopoſt. itaq; ut anima, quæ eſt utens præcipue eſt in corde, ſic etiã calor naturalis, quo ipſa utitur. Nam quod qui dam referũt hæc ad ſenſitiuum & ad ſenſum, non uidetur cõſentaneum, ſed longius abeſt cũ Auet. tum etiam a propoſito hæc ad cor & pedes, & reliqua mẽbra eiuſdem generis.

AD hæc inter utens et rem qua hoc utitur inter eſſe par eſt, ut inter fiſtulas, et quod fiſtulas mouet.i.manũ, ſi ergo animal quod principium ſenſuale habeat, difinitur neceſſe eſt, ut hoc principium ſanguineis in corde habeatur, exanguibus, in æmulo cordis, habent uero cunctæ partes omneq; corpus inſitũ calorem naturalẽ. Videre.n.licet animalia dum uiuunt calere, eadẽ momẽta, et cũ uita excedunt, cõtraria affectione poſſideri. Neceſſe eſt ergo, ut huius caloris principiũ ſanguineis in corde, exanguibus in proportionali habeatur. Cuncta.n.calore naturali cibum coquunt. Sed omniũ maxime quod cæteris præſtat, cor aut proportionale. quo fit, ut cæteris partibus frigentibus uiuere ſuppetat, cordis algẽte particula animal, prorſus aboleatur. Nempe quia principiũ caloris hinc omnibus proficiſcitur. et quoniã anima uelut incenſa eſt in his partibus, in proportionali in quã exanguibus, ſanguineis in corde. Itaq; neceſſe eſt, ut uiuere ipſũ et caloris huius ſoſpitatio ſimul exiſtant, ſitq; appellata mors cuius interitus. Cæterũ ignis duos notamus interitus marcorem et extinctionem. Et.n.quem ipſe trahit a ſe marcorem uocamus. qui a cõtrariis infertur extinctionẽ. Item illum ſenium dicimus, hunc uiolentiam. quanq̃ dũ ob eãdẽ cauſam utranq; interitum ingruere cõtingat. Siquidẽ cibo deficiente, cũ nequit calor alimentum ſumere, ignis aboletur. quia cõtrarium dũ prohibet concoctionẽ, impedimento eſt, quo minus allatur. aliquando aũt tabeſcere contingit increbeſcente calore ſpirationis et refrigerationis defectu. Et.n.calor inualeſcens celeritee ſic alimentum abſumit. et abſumendo anteuertit euaporationẽ. quia non modo ignis minor a maiore tabeſcit, ſed ipſa flamma lucernæ per ſe, ſi plus imponatur flãmæ, comburitur. ue quod uis aliud combuſtile. cuius cauſa eſt, quia maior flãma occupat abſumere alimoniam exiſtentem in flãma auteq̃ adueniat altera. Ignis autem more fluminis nunq̃ ceſſat geoerari, ac fluere, et ſi fallat aſpectum ob celeritatem. Ex quo intelligitur, ſi calor conſer-

uandus eſt, ut eſt, et quidem neceſſario, utiq; ſi uiuẽdum eſt, oportere, ut fiat in principio aliqua caloris refrigeratio. Cui rei pro exemplo accomodare licet, id quod in carbonum ſuffocatione notatur, qui ſi continenter obſtruantur eo inſtrumẽto, quod ſuffocationẽ appellant, celeriter extinguntur, idem ſi ſubinde alternis auferatur imponaturq; carbones diu incenſi maneant. At opertio ignem tuetur. Nam præterq̃ quod is non extinguitur multitudine ſibi inſiti caloris, nec ſpiratio prohibetur ob cineris raritatem, et ipſe reficitur aere circũſtante. Sed cur cõtrarium accidat operto igni atq; ſuffocato, cum hic tabeſcat, ille diu perſiſtat, in problematis diſputatum a nobis eſt.

AT cum omne uiuens anima præditum ſit, nec abſq; calore naturæ, ut diximus, exiſtat ſtirpibus alimẽtum, et circũſiſtẽs habunde ſuggerit præſidium ad tuendum calorem naturalem, quod alimentum ingrediens refrigerat, ut in hominibus modo cibo repletis uſu uenit. Ieiunia rurſus calefaciunt, et ſitim afferunt. aer. n. qui torperet immotus, ſemper caleſcit idem a ſubeunte cibo commotus, refrigerat, donec concotionẽ accipiat. Si uero ob anni tempus complectens frigore exceſſerit, rigoribus inualeſcentibus ſucceſcunt plantæ. Sicut aeſtate ſi uehementes æſtus infeſtent, ut humor eductus a terra nequeat refrigerare, calor tabeſcens aboletur, et tunc arbores dehiſcere dicũtur, et ſyderari per hæc tempora quo fit, ut lapidum quædã genera et aqua in uaſis radicibus ſubiciantur, ut radices plantarum refrigerentur.

ARISTOTELIS LIBER DE SPIRATIONE EO/ DEM INTERPRETE.

q VONIAM EX ANIMALIBVS QVAEDAM Sunt aquatilia, quædam in aere uitam agunt, et ex his rebus, hac per has refrigerantur, partim aqua, partim aere, Phyſici munus eſt. quomodo, quaq; ratione id fiat diſputare. Nam de ſpiratione pauci qui dã priorum naturæ interpretũ meminerunt. Cuius itaq; gratia animalibus data ſit, alii nihil prodidere, alii dixerunt illi quidem, ſed perperam, et præter effectum experimentum. Præterea cuncta animalia ſpirare affirmãt, quod a uero longiſſime abeſt. Hæc igitur perſtringere illa cogit neceſſitas, ne abſentium ſentẽtias ne quidq̃ damnare uideamur. Illud igit ſatis conſtat ſpirare cuncta animalia. quæ pulmone prædita ſunt. quãq̃ ex his, quibus pulmo ſine ſanguine, et fungoſus ineſt, ea ſpiratione minus indigent. quo fit, ut diutius perſiſtere poſſint præter corporis robur. Habẽt uero fungoſum pulmonem o uipera cuncta. ut ranarum genus. Lutariæ quoq; et teſtudines diu in humoribus manent. ut quarum pulmo parum caloris obtineat, ob ſanguinis exiguitatem. qui pulmo inflatus motu refrigerat, et diu citra ſpiratiõnẽ durare facit. quod ſi quis per uim multo admodũ tempore ea intea humorẽ contineat, omnia ſuffocentur. Horum namq; nullum ritu piſcium aquam admittit. In quibus uero pulmo ſanguineus habetur, ea cuncta ob caloris copiam ſpiratione indigent. Cætera quæ pulmone uacant minime ſpirant.

DEMOCRITVS abderita, et quidã alii, qui de ſpiratione diſſeruerũt, nihil de aliis animantibus ſtatuere, ſed cunctis ſpirationem tribuere uidentur. Anaxagoras, et Diogenes aperte profeſſi ſpirare cunca animalia, quomodo piſces, et oſtrea ſpirent, produnt. Ait enim Anaxagoras piſces eiecto per branchias humore, aerem, qui eſt in ore ducentes ſpirare. cum nihil exiſtat inane. Diogenes aqua e brãchiis emiſſa, ab aqua, quæ os circũſiſtit oris inanitate aerem ducere. quaſi aer in humore inſit. quæ ſunt nimirum impoſſibilia. Primum quia rei dimidium ſubtrahunt. quia quod commune eſt, id inalrero ſolo dicunt. Quoniam ſpiratio que dicitur, partes habet expirationem, et in ſpirationem. At qui modum, quo huiuſmodi animalia expirant, ſilentio prætereunt. nec reddere ualent. Nam dum ſpiẽt, neceſſe eſt, qua ſpiritum duxere eadem ruſus regerãt. Idq; perpetua reciprocatione faciant. Itaq; accidit, aquam ore concipe/
re

re, et ſimul expirare, aerē. Atqui neceſſe eſt, quæ inter ſe occurrūt, ea mutuo ſint impedimēto. Deinde cū aquā emiſerūt, tūc per ora expirāt, uel p brāchias. quo efficitur ut ſimul expiretur et reſpiret. Nā tūc aiunt ſpiritū ducere. At fieri nō poteſt, ut reſpiretur, et expiretur ſimul. Quapropter ſi ſpiratio in expiratione et in ſpiratione neceſſario cōſiſtit, cū horū nullum queat expirare, ea ne ſpirare quidem certe poſſunt. Nam quod aiunt piſces animam ex ore trahere, et ex humore per os, fieri minime poteſt. quoniam his cum abſit pulmo, arteria quoq; deſideratur. Sed uentre ori proximis eſt, ut ſit neceſſe ipſo ducatur ſpiritus. At hoc alia quoq; animalia facerent. quod tamen nō faciunt. Quinetiam ipſi piſces aperte facerēt extra humorem poſiti, quod non faciunt. Iam uero in cunctis animalibus, quæ reſpirant, trahūtq; ſpiritum notatur motus eius partis, quæ ſpiritū ducit, quod certe in piſcibus non efficitur qui nullam uētris partem motare reperiuntur. Nec quicquā præter branchias mouent. tum in humore, tum etiam in ſicco, cum capti deponuntur. Poteſt et a morte ſpirātium argumentum ſumi. quæ cum ſub humore exanimantur, bullæ exeuntis ſpiritus uiolentia excitantur. ut ſiquis teſtudines, ranaſue, aut alia id genus per uim ſub humore continuerit. quod in piſcibus nemo uidit ex iis, qui nihil inexpertum reliquere. ut intelligatur, nullum piſciū extrinſecus animam trahere. Quemadmodum uero eos ſpirare aiunt, poſſent et homines urinantes ſpiritum ducere. Nam ſi piſces ex aqua ora circunſtante animam trahunt, quid obſtat, quo minus homines quoq; et cætera animalia idem efficiamus, et ex ore trahamus aerem, perinde atq; piſces? Itaq; ſi illa poſſibilia ſunt, fieri poſſunt et hæc. Hec autem fieri non poſſunt, ergo ne illa quidem poſſibilia ſunt.

AGE uero ſi ſpirant, cur in aere moriuntur. et capta uelut ſuffocata uidentur. Nec enim licet indigentiam cibi cauſari. Nam quod ait Diogenes in aere ſtrangulari copia ſpiritus admiſſi, qui ſpiritus in humore modicus ducatur, et ideo interimi, uana ratio eſt, quando in pedeſtribus quoq; poſſet hoc uſu uenire. Nunc autem nullum animal pedeſtre uehementi ſpiratione ſuffocatur. Præterea ſi cuncta animalia ſpirant, nō poteſt dubitari, quin in ſecta quoq; ſpirent. multa autē eorū nō in duas tantum partes ſed etiam in plures diuulſa uiuunt. Vt centipedes appellati. Quæ qua ratione aut quo ſpirare ualeant, non uideo. Sed iſtis cauſam erroris præbuit inexperientia partium interiorum. et quia parum

animaduertere, naturam alicuius gratia cuncta facere. qui ſi ueſtigaſſent, cuius gratia ſpiratio data ſit animátibus, et in partibus hoc fuiſſent rimati, ut in branchiis, et pulmonibus, facilius cauſam inueniſſent.

DEMOCRITVS uero quidpiam ab ſpiratione animalibus accidere affirmat. dicens, per ipſam ſtare, quo minus anima, detrudatur. Sed huius gratia naturam id fuiſſe molitam, nihil dixit. Ad ſūmam ut nec alii naturales authores, ita ne hic quidem ulla ex parte attigit hanc cauſam. Dicit aūt animam, et calidum eſſe primas figuras globorum. His ergo, dū detruduntur a complectente, eodemq; exprimente reſpirationē ferre ſuppetias ait, eſſe namq; in aere magnum numerum earū rerū, quas ipſe mētem, et animam appellat. Ergo inter reſpirandum cum aere hæc ſimul ingredi, et prohibere compreſſionem, ac impedimento eſſe, ne anima, quæ ineſt aīalibus, diſpereat. Et propterea in reſpiratione, et expiratione uitā mortemq; poſitam eſſe. quia cum complectens uictor comprimēdo euadit, nec poteſt, quod extrinſecus ingreditur prohibere, deficiente reſpiratione tunc demum animalia mortem obire. Siquidem mortē eſſe ait exitum huiuſmodi figurarum ex corpore ob excluſionem complectentis. Cur aūt neceſſarium eſt, cuncta animalia intercidere non quouis tempore, ſed in ſenecta per naturam, ingruente aūt ui, præter naturam, cauſam minime reddit. At reddere oportuit. quādoq;. n. hoc fieri apparet, interdum ſecus, an eadem cauſa extra uel intra ſit. Nec de ſpirandi principio dicit, quæ cauſa exiſtit. utrum interna, an externa. Neq;. n. mens, quæ extrinſecus ſubuenit, auxilium conſeruat. Sed principium, et motus intus habetur. nec a complectente ulla uis infertur. et certe abſurdum uidetur complectens comprimere, et ſimul quod ingreditur dilatare. At hæc quidem ſunt quæ Democritus tradidit.

CAETERVM ſi uera licet arbitrari, quæ prius a nobis dicta ſunt, nec ſpirare omnia animalia, non eſt putandum omnis interitus reditam eſſe hanc cauſam. Sed eorum modo, quæ ſpirant de quibus tamen haud recte loquutus eſt. Declarant hoc effectus quos omnes experimur. In caloribus. n. cū eſtuamus magis et ſpiratione magis egemus, frequentius ſpiramus, at cū frigidū eſt, quod cōplectitur, aſtringens, coarctāſq; corpus, ſpiritum cōtinere, cōtingit. Atqui tunc oportebat extrinſecus ſubire, qui compreſſionē prohiberet. nunc uero cōtra uſu uenit. Nam cū calor nimiū denſatus eſt, nec expiratur, tunc magis deſyderatur ſpiratio. Neceſſe eſt aūt inſpirantes reſpirare. AEſtuantes uero identidē ſpirāt. quia refrigerationis cauſa ſpirant. cū igni, ut aiunt, ignis accedit.

COMPVLSIO autem de qua eſt in timæo, nihil ſtatuit, quomodo in aliis animantibus calor cõſeruetur. eodem ne modo, an per aliã cauſam. Nam ſi pedeſtribus tantũ ſpiratio ſuppetit, cur his tantũ, reddẽda cauſa fuit. ſin et aliis, ſed alius eſt modus, hoc ipſum fuit differendũ. Siquidem omnia ualent ſpirare. Præterea cauſæ modus ficticius eſt. Exeunte aere calido per os cõplectẽtẽ aerẽ impetu ferri per carnes rariores in eum locũ, unde calidũ exierat. cũ nihil exiſtat inane. idq; mutua fieri repugnantia. calefactũq; regredi per eundẽ locũ. et intus in ore dum exit, cõpellere ſubeuntẽ aerẽ. atq; hoc ſine intermiſſu fieri a reſpirantibus, et expirantibus. Huic aũt opinioni conſentaneũ eſt inſpiratione priorẽ eſſe expiratione. Argumẽto, quod hæc uiciſſim fiũt. Cũ aũt moriẽtes expirẽt, neceſſariũ ẽ inſpirationẽ principiũ eſſe. Iã uero qui hunc modũ tradunt, cuius gratia aialia reſpirent, expirentq; nihil dixerunt. Sed tantũ uidentur ceu de re aliqua fortuita loqui. Atqui præcipua hæc ſunt momenta uiuendi moriendiq;. Cũ. n. ſpirandi facultas abeſt, tunc contingit ſpirãtia animalia intercidere. Præterea abſurdum eſt, cum exitum calidi per os, rurſuſq; ingreſſum nõ ignoremus, introitũ ſpiritus per thoracem, ac uiciſſim eiuſdẽ calefacti exitum nos latere. Iam illud non eſt ueriſimile, reſpirationẽ, calidi eſſe ingreſſum. cũ cõtra expiratus aer calidus, inſpiratus frigidus eſſe uideatur. qui aer cũ calidus eſt, anhellãtes ſpiramus. Quia cũ ſubiens aer nõ ſatis ualet refrigerare, efficitur, ut ſpiritũ identidẽ trahamus. At uero nõ eſt putandũ nutrimenti gratia ſpirationẽ fieri. quaſi ignis internus ſpiritu nutriatur, et inſpiratione alimentũ igni ſubminiſtretur. quo de paſto fiat expiratio. Nos. n. rurſus in hãc rationẽ dicemus, quæ in priores diximus. Nã in cæteris animalibus hoc euenire oportuit. aut certe huius proportionale. cũ in omnibus calor uitalis habeatur. Deinde calidũ ab ſpiritu fieri, ut dicere cõuincuntur, fictitiũ eſt. quod magis ab alimento fieri uidemus. Et ſecundum hoc cibũ ſumere, et excrementa egerere cõtingit, quod in aliis fieri. non cernimus.

EMPEDOCLES uero de ſpiratione quoq; loquitur. Sed nec cuius gratia data ſit, aperit. nec omnia animalia ſpirent, an non, quidq̃ docet. qui cũ dicat de ſpiratione, quæ fit p nares, de præcipua ſpiratione ſe dicere putat. Eſt enim ſpiratio, quæ per arteriã fit a pectoribus. eſt, et quæ fit per nares. ſed hæc ſine illa nõ cõſiſtit. ut aialia quæ ſpiratione nariũ pri-

uantur, nullũ patiuntur incõmodum. eadẽ, ſi arteriæ intercluditur ſpiratio oppetunt. Abutitur. n. natura ſpiratione nariũ, dũ aliud agit ad odorandũ, in quibuſdã aialibus. Nam licet cuncta fere animalia odoratu participent, nõ tamen idẽ ſenſoriũ cũctis eſt tributũ, ſed de his rebus alias eſt a nobis apertius diſputatũ. Reſpiratione aũt, et expirationem fieri tradit, quod quædã uenæ, quæ ſanguinẽ qdẽ cõtineant, nõ tamen ſanguine plenæ ſint. Habeantq; meatus ad aerẽ externũ. qui meatus ut minores exiſtunt partibus corporis, ſic maiores, q̃ aeris partes. Ita cũ ſanguis ſurſum deorſumq; natura moueri aptus ſit, cũ deorſum fertur, aerem ait influere, fieriq; reſpiratione. Cũ uero ſurſum, aerem foras erumpere, fieriq; expiratione. ut in clepſydris ſolet uſu uenire. quibus ſpirationem aſſimilat diceps. Carnis fiſtulæ p ſummũ corpus protenduntur. quæ ſulcos imitatæ crebris dehiſcunt oſcillis, extremiſq; patẽt inſtar nariũ. His ſanguis occultatur, et aeri aperitur uia. quo ſanguine influẽte, aer cũ ſtrepitu magnoq; fluente deſcendit. ſanguine aũt reſiliente, rurſus aer expiratur. Vt cum ludens puella clepſydrã æneã pulchra manu obturato freto aqua immergit limpida, uaſculũ crebris foraminibus limpha nõ ſubdit mole aeris excluſa, donec fretum detegatur, Poſtea uero cedente aere, aqua ſubit. Eodẽ modo cũ aqua fundũ clepſydræ poſſidet obturato freto manu puellæ aer extrinſecus adlatrans aquã, cohibet, extrema obtinens circũ iſthmi fauces, donec manu emittatur clepſydra. Tunc uero contra, q̃ prius irruente ſpiritu, cedit aqua. Sic cũ ſanguis per eos cales cũ ſtridore, ac impetu refertur intus, ſpiritus furens unda ſubintrat. Cum uero reſilit, rurſus fit expiratio. Hæc igitur tradit de ſpiratione. Spirant uero per os ſimul, et nares, quæ manifeſto per arteriã ſpirant. Itaq; ſi de hac ſpiratione loquitur, inueſtigare oportet, quomodo dicta ratio cauſæ congruat. cũ oppoſitũ uſu uenire uideatur. Spirat. n. loco eleuato. ceu folles elleuẽtur in ærariis officinis. Fieri aũt eleuationẽ a callido probabile eſt, et ſanguinẽ callidi locum obtinere. Compreſſo uero, et cõplicato inſtar folliũ expirant. niſi quod folles non ea parte efflant, qua admiſerant aerem, ſpirantes aũt eadem accipiunt atq; reddunt. quod ſi de narium tantũ ſpiratione loquitur, tota erat uia. neq;. n. ſpiratio narium præcipua eſt, ſed ſpiratio fiſtulæ quæ circa guttur habetur, qua extremũ palati perforatis naribus cedit. ſpiritusq; partim per nares, partim per os egreditur, ingrediturq; pari ratione. Quæ igitur ab aliis de ſpiratione tradita ſunt, tales tanq̃ impeditas habent difficultates.

SED

SED quoniam ut prædictum eſt uiuere ipſum animæq; habitum calor quidã comes aſſectatur. ſiquidẽ concoctio, qua aluntur animalia nõ ſine anima, neq; ſine calore exiſtit. cũ ignẽ cuncta operetur, idcirco neceſſariũ eſt prima altrix anima in corporis primate loco, et i huius loci præcipua parte inſit. in quo loco, in quaq; parte loci ineſſe, oportet principium cõcoctionis. Hic aũt eſt locus medius inter eum, quo cibus excipitur, et eũ quo ægerũtur excremẽta. quæ pars in exanguibus nomine uacat, in ſanguineis eſt cor. Natura. n. ſanguinis eſt alimẽtũ, ex quo in aı̃alibus partes demũ efficiunt. Porro ſanguinis, et uenarũ idẽ eẽ principiũ neceſſariũ ẽ. Cũ alterũ alterius gratia exiſtat. ut uas et conceptabulũ. Principiũ aũt uenarũ in ſanguineis cor eſt, qppe omnes nõ p ipſum, ſed ab ipſo procedũt, ut aperte nobis diſſectiones indicãt. Aliæ igitur aiæ facultates abſq; altrice eſſe nequeunt, (cuius rei cauſa reddita a nobis eſt in quæſtione de anima) hæc aũt abſq; igni naturali eſſe non põt. in hoc. n. natura ipſam inflãmauit. Perimitur aũt ignis, uti iã dictũ eſt, extinctiõe et tabe. Extinctione a cõtrariis. atq; ideo totus ſimul a circũſtante frigiditate aboletur. idq; celeriter. quoniã diſtentus extinguitur. Hic itaq; interitus uiolentus eſt ſimiliter in rebus inanimatis, atq; animatis. Nã cũ animal inſtrumẽtis diuiditur, gelaſcitq; ob frigoris exuperantiã, intercidit. Tabes aũt animæ caloris copia trahitur. quoniã ſi circũſiſtens calor exceſſerit, nec alimẽtũ acceperit, interit ignis nõ refrigeratus, ſed tabeſcens. Itaq; neceſſe eſt refrigeratio fiat, ſi debet calor naturalis cõſeruari. quo auxilio occurritur defectioni huius.

SED cũ animalia partim aquatica ſint, partim in terra uitam agant, quæ ex his admodũ exigua ſunt, et ſanguine uacant, iis cõplectẽtis uel humoris, uel aeris refrigeratio ſatis cõtrahunt interitum opitulatur. Nã quæ pareum caloris obtinẽt, ea paruo indigẽt auxilio. quo fit, ut huiuſmodi animaliũ omniũ fere uita anguſtiis ſpatiis termineiur. Paulo. n. momẽto in utraneiis partẽ impelluntur. Quæ uero inter inſecta, quæ omnia ſanguine uacant. uiuaciora ſunt, iis pro cincto inciſſura habetur. ut per tenuẽ membranã refrigerẽtur. quia quæ ſunt calidiora maiore indigent refrigeratione, ut apes quarũ nõnullæ ad ſeptimũ annũ uitam producunt. et cætera quæ bombas ædunt, ut ueſpæ, galleucæ, cicadæ. Spiritu. n. faciunt ſtrepitũ, uti anhellantia, quia in ipſo ſubcinctu ad mẽbranã colliſio fit, eleuante, comprimenteq; ſpiritu natiuo. quo ita hunc locum mouent, ut

pulmone extrinſecus ſpirantia, branchiis piſces. Perinde. n. cõtingit, ac ſi quis obtruſo ore cupiã de genere ſpirãtiũ itercludat ſpiritũ. Hæc. n. pulmone hanc efficiẽt eleuationẽ. Sed eiuſmodi motus haud iuſtã his ſuppeditat refrigerationẽ. inſecta nihilo maiore indigent, quæ inſecta colliſione ad mẽbranã facta, ſtrepitũ, ut diximus faciunt. Haud ſecus q̃ pueri cũ perforatis calamis tenuẽ mẽbranã impoſuere. Et. n. per hanc cicadarũ uoces concinũt. cũ ſint calidiores, et ſubcinctu diremptæ. nã mares ſubcinctu nõ diducuntur. Quin et ſanguineorum, quæ pulmonem quidem habent, ſed cum pauco ſanguine fungoſumq;, nonnulla diu ualent præter ſpirationem uiuere. Nam pulmoni, qui parum ſanguinis, idemq; humidum continet, multa ſuppetit eleuatio. Propriuſq; motus diutinæ refrigerationi ſufficit. Poſtremo uero deficit. ac niſi ſpiratio ſuccurrit, ut ſupra diximus, ſtrãgulatur. quoniam talis interitus, qui refrigerationis indigentia trahitur, ſtrangulatio nuncupatur. et quæ ſic intercidũt, ea ſtrãgulari dicimus. Inſecta non ſpirare dictum eſt ſupra. quod etiam in paruis animalibus ut muſcis, apibuſq; declaratur. quæ diu i humoribus fluitãtes uiuunt. niſi nimius calor frigusue infeſtet. Cæterũ quæ exigua uirtute prædita ſunt, ea frequẽtiorẽ expetunt ſpirationẽ. Sed intereunt hæc, et ſuffocata eſſe dicuntur, repleto uentriculo, et abolito humore, qui habebatur in ſubcinctu. quo fit, ut ſi diu tale conſiſtantur in cinere, reuiuiſcãt. Ex iis uero, quæ in humore degũt exanguia diutius uiuunt in aere, q̃ ſanguinea, et quæ mare admittunt, ue piſces. Nam quibus exiguum caloris ineſt, hæc aere diu ualẽt refrigerari. ut cruſtata, et multipeda. Sed demũ uitam perducere non ſufficiunt, ob inopiam caloris. quia multi piſces in terra uiuunt, torpentes immobileſq;, qui effoſſi reperiuntur. Nam quæ aut nullo omnino pulmonem, aut exãguem ſortita ſunt, ea rariore indigent refrigeratione. Ac exanguibus quidem partim aerem circunſtantem, aliis humorem uiuendo opitulari dictum eſt.

SANGVINEA, et corde prædita, quæ pulmonem obtinent, cuncta cõcipiunt aerem, et refrigerantur reſpiratione expirationeq;. Habent uero pulmonem, quæ intra ſe animal pariunt, non modo extra. ſiquidem cartilaginea animal pariunt, ſed non intra ſe. Item ouipariorum pennata, ut aues. et cortice intecta, u teſtudines, lacertæ, ſerpentes. Illa igitur pulmonem habent ſanguineum, horum maxima pars fungoſum. ideoq; rariore utuntur ſpiratione. ut ſupra dictum eſt. utuntur tamen. omnia etiam

quæ

quæ in aquis morantur, uitamqꝫ agunt. ut natricũ genus, lutariæ, ranæ, crocodili, teſtudines marinæ terreſtreſqꝫ, uituliqꝫ marini. Hæc. n. cũcta in ſicco patiunt, eademqꝫ dormiunt in ſicco iuxta, et in humore. et hoc extante ore gratia ſpirationis. Quæ uero branchias habent, omnia ſuſcepto humore refrigerantur. Habent porro branchias carthilagineorũ genus, et cætera, quæ pedibus carent. Cuncti. n. piſces depedes ſunt. Nam quas habent, pennæ ob ſimilitudinẽ nuncupantur. Pedatorũ autẽ unus cordylus habet branchiã. utiqꝫ ex his, quæ habemus explorata. Pulmonem quod ſimul habeat, et brãchiam nullũ unq̃ uiſum eſt. Cuius cauſa id intelligitur, quod pulmo gratia ſpiritalis refrigerationis habetur. quin et pulmoni ad ſpiritus ſuſceptione nomen inditum eſſe uidetur. Branchiæ, uero ad aqueam refrigerationẽ datæ. Atqui ad unũ munus unum inſtrumẽtum utile eſt. et una refrigeratio cuiqꝫ ſufficit. Cũ ergo naturã nihil nequidq̃ moliri uideamus, et alterum ſi duo ſint, ſuperuacaneũ ſit futurũ, idcirco quibuſdã branchiæ, aliis pulmo, nulli utrũqꝫ datũ eſt.

SED quoniam ut ſit animalium quodqꝫ, alimẽto indiget, ut ſe tueatur, refrigeratione, idcirco natura eodẽ inſtrumento utitur ad utrũqꝫ. Ac ut quibuſdam lingua ad ſapores, et ad ſermonẽ, ſic pulmone præditis os ad confectionem cibi, et ad exſpirationem, reſpirationemqꝫ uſui eſt. Quæ uero pulmone uacant, nec ſpirant, his datum eſt os ad cibum cõficiẽdũ. Ad refrigerationem aũt indigentibus ea branchiarum natura ſuppetit. Sed quo pacto facultas dictorum inſtrumẽtorum faciat refrigerationẽ, poſtea dicemus. Ne uero cibus impedimento ſit, perinde uſu uenit ſpirãtibus, atqꝫ humorem concipientibus. Nec. n. dum ſpirant, ſimul cibum admittunt. alioquin deflectẽre cibo, ſiue humido, ſiue ſicco ad pulmonẽ per arteriam, ſtrangulatio conſequeretur. Arteria. n. ſita eſt ante gulam, qua cibus meat ad ſtomachum. Itaqꝫ in quadrupedibus et ſanguineis arteria linguſam habet, uelut operculum. aues aũt, et quadrupedes ouiperæ uacant illæ quidem lingula, ſed eam tependunt compreſſione. Nam cũ cibum capiunt, hæc arteriam comprimunt, illa lingulam arteriæ imponunt. cibo tranſmiſſo, altera lingulam eleuãt, altera dilatant arteriam. et halitũ admittũt ad refrigerationẽ. Quæ uero habẽt brãchias, ꝑ has emittẽs humorẽ, cibũ ore capiũt. nã cũ arteria careãt, lædi hac parte nequeũt de errãte humore. cũ potius aluũ ſubeat aqua. quo circa celerem habent emiſſionẽ, admiſſionẽqꝫ nutrimẽti. et dentes ſortiũtur acutos, eoſdemqꝫ fere oĩa ſerratos. nec. n. ualẽt cibũ cõficere.

IN AQVATILI genere poſſet quiſpiã de cetis hæſitare, quæ ipſa pro portionale brachiarum ſortiuntur. ut delphini, balænæ, et cætera, quæ fiſtulam habent. Nam hæc cum pedibus careant, pulmonem tamen prædita ſunt. et aquam admittunt. Sed huius cauſa eſt ea, quam modo expoſui. Neq;. n. refrigerationis gratia humorem acipiunt, cum ſpiratione refrigerentur. habẽt enim pulmonem. quo fit, ut elato ore dormiant, ſtertantq; delphines. qui retibus capti, celeriter ſuffocantur, non ſuppetente ſpiratione. Et quæ huiuſmodi ſunt, ſpirationis gratia in ſũmo mari natare cernuntur. Sed quia neceſſe eſt, ut in humore alantur, neceſſe itidem eſt, dum cibum capiunt, humorem emittant. cuius rei gratia fiſtula cunctis data eſt. Nam cum aquam exceperint, ut eandem piſces per brãchias, ita hæc per fiſtulam reiiciunt. quod ipſe fiſtulæ ſitus indicat. quippe cũ ad nullam ſanguinearum partiũ tendat. Sed ante cerebrũ ſita ſit, aquãq; egerat. Eadem cauſa mollia aquam admittũt, et quæ cruſta operiuntur. ut locuſtæ, et cancri, quæ caloris et ſanguinis exiguitate, ſpiratione non indigent. cum ſatis refrigerentur ab humore circũfuſo. Sed propter cibum ne ſimul humor influat accipiẽtibus, cruſtata, ut cancri, et locuſtæ ſecundum hirſutiam peropercula applicata humorem reſpuunt, ſepiæ, et polypi per cauum, quod ſuper caput uocatum ineſt. Cæterum de his rebus accuratius ſcripſimus in libris de hiſtoria animaliũ. Sed hactenus explicuimus humoris admiſſionẽ ob refrigerationem accidere. quia neceſſe eſt, animalia, quæ natura aquatica ſunt, cibum ex humore ſumãt.

DEINCEPS refrigeratio dicemus quo modo fiat. ſpirantibus, et habentibus branchias. Spirãt. n. ut ſupra expoſuimus, quæcunq; ſunt pulmone prædita. Sed quãobrem quibuſdam hæc tributa ſit, et cur quibus ineſt, ea indigent ſpiratione explicãdum eſt. Habendi uero ea cauſa eſt, quod animalium præſtantiora calorem largius ſortita ſunt. Simul enim neceſſe eſt, præſtantiorem animam obtineant. Nam id genus animalia natura plantarum longe ſunt præſtantiora. quo fit, ut quæ pulmonem maxime ſanguineum, et calidum obtinent, ea magnitudinibus excellant. et homo, qui puriſſimo, et plurimo ſanguine inter animalia utitur, rectiſſimus incedat. et huius ſolius pars ſuperior ad uniuerſi ſupremũ uergat. quia partem hanc talem ſortitus eſt. Quare tum homini, tum aliis animalibus pulmo ſubſtantiæ cauſa eſt aſſignãdus, ut quæuis alia pars. Huius igitur gratia habetur. Cauſam uero neceſſitatis, et motus id putandũ

eſt,

eſt, quod quædam talia conſtituta ſunt, quemadmodum quædam non talia. Quædam enim plurima ex parte terra conſtant, ut plantæ. alia humore, ut aquatica. ſicut pennata, et pedeſtria partim aere partim igne. Singula uero in propriis locis ipſorum ordinem habent. Errauit Empedocles affirmans calidiſſima animalia, et quæ ignis plurimum habent, in humore maxime omnium uerſari, dum ſuæ naturæ caloris exuperantiā uitant. ut cum frigido, humidoq; deficiant, contrario loco cōſeruentur. Nam humorem aere minus eſſe calidum. Sane prodigioſa ſententia. Nā qui fieri poteſt, ut ſingula in ſicco generata migrent, mutato loco, ad humorem, cum eorum pars maxima ferme pedum ſit expers. Empedocles enim dicens ipſorum a principio conſtitutionem, procreari quidem in ſicco tradit, ſed fugientia trāſire ad humorē. Iā uero pedeſtria ab his calore ſuperari non uidentur. cum aquatica alia nihil, alia parum ſanguinis obtineant. At Empedocles quæ calida, quæq; frigida perſe dicenda ſint, diſſeruit. Sed in reddenda cauſa etiam ſi quadam tenus recte dixit, hoc tamen perperam aſſeuerauit. Nam qui habituum exceſſus habent, oppoſitis, et locis et temporibus cōſeruantur. Cæterum propria loca naturam potiſſimum tuentur. Neq; enim animalium materia qua ſingula cōſtant idem eſt, atq; habitus, et diſpoſitiones ipſius materiæ. Vt ſiquid natura ex cera conſtitueret, utiq; id in calido poſitū eadem tueri nequiret. nec ſiquid ex glacie cōflaſſet. hoc enim celeriter ab oppoſito periret. Cum calidum diſcernat, diluatq; ea, quæ ex contrario conſtant. Nec rurſus ſi ex ſale nitroue quidq̄ cōdidiſſet, in humorē id ferret, deponeretq;. Quoniam quæ calido, et ſicco conſtant, ea ab humore diſſoluuntur. Si ergo humidū et ſiccum materia exiſtūt cunctis corporibus, merito quæ humido, et frigido conſtant in humoribus uerſantur. et ſi frigida ſunt, in frigido erūt. quæ uero ex ſicco, in ſicco, quo fit. ut arbores i terra, nō in aqua generetur. quāq̄ eiuſdem rationis ſint ad aquam. cum ſint perſicæ, ut ipſe appellat ea, quæ calore excellunt. neq;. n. huc uenirent, quod aqua ſit frigida, ſed quia humida. Naturæ igitur. quæ aſſignantur materiæ, tales ſunt, qualis locus, in quo exiſtunt. quæ exiſtunt in aqua, humidæ ſunt, quæ in terra ſiccæ. calidæ, quæ in aere. Habituum uero in frigido ſunt, qui calore exuperant. qui frigiditate, in calido potiſſimum conſeruantur. Habitus enim exuperantia loco temperatur. Hoc igitur conſyderare oportet in cuiuſq; materiæ propriis locis. et ſecūdum cōmunis

temporis uiciſſitudines. ſiquidem ut habitus locis opponãtur, fieri põt. materiam cum locis pugnare non poteſt. Sed naturæ calorem non eſſe in cauſa, ut hæc animalia ſint aquatica, illa pedeſtria, ut Empedocles opinatur, hactenus dictum ſic. et quare animalibus partim pulmo datus ſit, aliis negatus.

IAM cur aerem recipiunt, et ſpirant, quæ pulmone prædita ſunt, præſertim quæ ſanguineo reddenda cauſa eſt. Spirandi igitur cauſa pulmo eſt, qui fungoſus habet, et fiſtulis plenus, ac inter appellata uiſcera maxima ſanguinolentus exiſtit. ac proinde quibus ſanguineus ineſt, ea celerẽ deſyderant refrigerationem. Eſt. n. exiguum momentum ignis naturalis. Oportet aũt, ut quoquo uerſus diffundatur, ob ſanguinis, et caloris copiam. quorum utrunq; aer facile poteſt efficere. qui naturæ tenuitate per totum et celeriter ſubiens, refrigerat. aqua uero e diuerſo. quo ratio aperitur, cur quæ pulmonem habent ſanguineum, ea maxime ſpirent. Nam quo calidius quodq; animal eſt, eo maiore indiget refrigeratiõe. ſimulq; ſpiritus facile meat ad principium caloris. quod in corde habetur. quomodo aũt cum pulmone cor habeat foraminum conexionem, ex diſſectionibus cõtẽplari oportet, ac ex hiſtoriis, quæ ſunt de animalibus ſcriptæ. Animalium itaq; natura ob ardorem animæ, quæ in corde habetur, refrigeratione prorſus indiget. quam refrigerationem, quæ cor non modo, ſed et pulmonẽ ſortiuntur, ſpiratione efficiunt. quæ uero corde prædita, pulmone uacant, ut piſces, ea, quia ipſorum natura aquatica eſt, aqua refrigerantur per branchias. Sed quem ordinẽ cordis ſitus ad branchias habebat, ex diſſectionibus oportet oculis coſyderare, ex hiſtoriis tamen exacte. Cæterum ut hic quoq; ſũmatim dicamus ad hunc modum ſe ſe habent. Enim uero cor in pedeſtribus animalibus non perinde ſitũ habere uidetur, atq; in piſcibus, cum tamen ſimiliter habeat. Nã cor in eam partem mucronem dirigit, in quam motus agitur capitũ. Sed quia pedeſtria animalia non ſimiliter capita mouent, atq; piſces, in his cordis mucro ſpectat ad os. ab extremo autem corde fiſtula uenæ neruiq; natura tendit ad medium. qua parte congruunt omnes branchiæ. Atq; hic quidem meatus maximus eſt. Cæterum alii item meatus hinc inde a corde ad ſingularum branchiarum extremum pertinent, quibus refrigera-

tio ſubit cor, perpetua humoris per branchias reciprocatione. Vt uero ſpirantibus thorax ſurſum deorſumq; ſubinde moratur, dum ſpiritum accipiunt, redduntq;, ſic piſcibus branchiæ. Porro ſpirantia in exiguo, eodemq; aere ſtrangulantur. Nam ſanguinis attactu caleſcit utrũq;. ſanguiſq; ſuo calore refrigerationem cohibet. At cum uel affectione, uel ſenectutis uicio ſpirantia pulmonem, aquatilia brãchias motare nequeũt, tunc demum ingruit mors. Ortus igitur, et interitus commune eſt cunctis animatibus. Interitus enim non uacat diſcrimine, habet tamen quid q̃ commune. Eſt autem alius uiolentus, alius naturalis. Violentus cum principium extrinſecus accedit. naturalis cum intus habetur, et partis cõſtitutio a principio talis exiſtit, nec adeſt affectio aliqua acquiſititia. Hoc igitur in plantis deſiccatio, in animalibus ſenium appellatur. Accidit aũt ſimili ratione mors, et interitus cunctis, quæ non ſunt imperfecta. His aũt ſimili quidem ratione, at non eodem modo. Imperfecta appello exempli gratia, oua, plantarum ſemina, quæ radice uacant. Omnia igitur intereunt deficiente calore. Perfecta uero cum id deficit, in quo eſt ſubſtantiæ principium. Hoc autem eſt, ut ſupra expoſui in cõmiſſione ſuperioris inferioriſq; partis. Itaq; in plantis eſt medium inter germen, et radicem. animalibus, in ſanguineo genere cor, in exangui cordis proportionale. In hoc tamen genere quædam multa obtinent principia, facultate non actu. quo fit, ut in ſectorum quædam diuulſa uiuant. quin et ſanguineorum quæ non ita uitalia ſunt, abiuncto corde uiuunt, ut teſtudines, et pedibus ingrediuntur. cum ſit genus teſtudineum inſectis ſinitimum ob incõmodam naturæ ſuæ conſtitutionem. Principium uero uitæ tunc deficit in iis, in quibus habetur, cũ calor, qui ſocietatem cũ ipſo habet, non refrigeratur. Nam, ut ſæpe diximus, idem a ſe tabeſcit. Cum itaq; aliis pulmo, aliis branchiæ induruere, ſumpta terrena natura, quod malum temporis longitudine trahitur, non ualent has partes motare, nec attollere, ac comprimere. Deniq; intẽtione facta ignis marceſcit. quo circa in ſenio paruis ingruẽtibus morbis, mors celeriter adeſt. Nam ob caloris exiguitatem, qui longa uita fuit exhalatus, quæcũq; partis intentio fit, ignis celeriter paruo motu extinguitur. quippe cum modica exiguaq; flamma in ipſo exiſtat. quo fit, ut in ſenecta mors dolore uacet. cũ nulla uiolenta affectione urgente, animalia intercidant, ſed fiat omnino animæ ſine ſenſu diſſolutio.

IAM morborum, qui abſceſſibus excrementis ue, aut morbifici caloris experantia, qualis eſt, quo febrientes infeſtantur, pulmonem indurant, ii denſum reddunt ſpiritum, quia nequeunt longe pulmonem attollere, ac complicare. Poſtremo cum amplius mouere non ualeant, anima efflata, mors ingruit.

GENERATIO igitur eſt prima participatio cum calido nutricis animæ. Vita autem huius perſiſtentia. Iuuentus uero eſt primæ partis, cuius tribuitur refrigerandi, incrementum. Senecta decrementum eiuſdẽ. Harum ætatum medium flos eſt, et uigor. Finis et interitus uiolentus quidem eſt caloris extinctio, et tabes. Poteſt enim ob utranq; cauſam mors cōtingere. Naturalis autem eſt caloris tabefactio. quæ longinquitate, et deſitione temporis trahitur. uocaturq; in plantis deſiccatio, in animalibus mors. Sed mors animalium, quæ accidit in ſenecta, eſt tabefactio partis ob impotentiam refrigerandi, ſenectæ cauſa. ac generatio quidem, et uita quid ſint, item et mors, et quas ob cauſas animalibus inſint, dictum eſt. Ex quibus palam fit, quare ſpirantia ſtrãgulentur in humore. piſces in aere. nempe quia hi aqua, illa refrigerãtur aere. quibus utraq; priuantur, mutatis locis. Cur autem alteris brãchiæ, alteris mouetur pulmo, quibus attollendis, et comprimendis hæc expirant, atq; inſpirant, illa humorem accipiunt, ac regerunt talis eſt cauſa. conſtitutio quoq; inſtrumenti hoc ſe habet modo.

TRIA cõtingũt circa cor, quæ eãdẽ naturã cũ nõ habeãt, habere tamen uidentur. ideſt palpitatio, pulſus, ſpiratio. Palpitatio igit̃ eſt cõpulſio caloris, q̃ habet̃ in aĩa, ob refrigerationẽ. q̃ uim habet excernẽdi, et tabefaciendi. ut in morbo, q̃ tremor appellat̃. et aliis ægritudinibus atq; in timoribus. Timentiũ nanq; partes ſupernæ frigeſcũt. calor aũt dũ ſe recipit, atq; colligit, motũ efficit. uſq; adeo in arctum compreſſus, ut interdum extinguantur animalia timoris, et morbificæ affectionis cauſa. Pulſus uero, qui cordi accidit, quiq; ſine intermiſſu ab eo fieri cernitur, ſimilis abſceſſibus eſt. qui motus cum dolore fit. Propter mutationem, quæ ſanguini præter naturam ineſt. Fit autem donec ſanies fuerit cõcocta. Eſtq; feruori ſimilis hæc affectio. Feruor enim fit reſoluto humore in ſpiritũ a calido. ſiquidem ob molis incrementum attollitur. Eſſent uero ſup

purationes

purationes niſi celerius abierint in exhalationem, cum humore collecto, tabuere, feruor, cum per ſumma decidit. In corde autem humoris elatio, qui ſemper a cibo ob calorē aduenit, pulſum facit. qui humor cordis extremam tunicam attollit. quod fieri nunq̄ intermittit. humor enim ſemper, et continenter influit. ex quo ſanguinis natura gignitur. Nam primum in corde ſanguis generatur. ut manifeſtū eſt, in generatione, quæ a principio fit. qnia uenis nondum diſcretis cor. ſanguinem habere cernitur. ac ideo iunioribus, q̄ ſenioribus magis ſalit. quia in iuuenibus maior exhalatio fit. et ſaliunt omnes uenæ. idq; ſimul inter ſe quoniam pendent ex corde. Cum autem cor ſemper moueat, illæ quoq; ſemper mouentur. et hoc ſimul, dū mouet cor. Eſt igitur palpitatio obuiatio, quæ fit ad compreſſionem frigidi. Pulſus euaporatio humidi calefacti. ſpiratio fit, increſcente calido, in quo eſt principium alendi. Nam ut alia, ſic illud quoq; atq; adeo magis indiget alimento. quippe cū cæteris alimēti cauſa exiſtat. Neceſſe itaq; eſt, incremento accepto, inſtrumentum attollar. Cuius inſtrumenti conſtitutio ſimilis eſt intelligenda follibus, quos ærariæ uſurpant officinæ. Prope nanq; fuit, ut pulmo et cor talem figuram ſortirētur. utq; duplex eſſet inſtrumentum. quia uis naturalis alendi medium debet obtinere. itaq; amplius factum eleuatur. quo elato, id quoq; attollatur oportet, quod ipſam partem complectitur. quod ſpirātes facere cernuntur. Attollunt enim thoracem, quia principium, quod in eo loco huius partis habetur, id ipſum efficit. Nam cum attollitur, ceu ad folles aer eforis ſubeat oportet. qui cum frigidus ſit, et refrigeret, exuperantiam ignis extinguit. Vt uero per incrementum pars illa effertur, ſic per decrementum comprimatur, neceſſe eſt. ac ea compreſſione aer ingreſſus rurſus eefluat. qui eum ſubit frigidus eſt, in exitu uero calens ob caloris attactum, qui caloe habetur in hac parte. et tanto magis quibus eſt pulmo ſanguineus. influit nanq; in plurimas uelut fiſtulas meatuſq; pulmonis. ad quorum ſingulos uenæ tendunt. Prorſus, ut pulmo ſanguine plenus eſſe uideatur. Vocatur autem ingreſſus aeris reſpiratio, exitus expiratio. quod ſemper fit, ac continenter. donec uiuitue. ac ea pars perpetuo mouetur. quā obrē uita in reſpiratione, et expiratione cōſtat.

AD eundem modum piſcibus motantur branchiæ. Nam cum calor ſanguinis per partes attollitur, eleuantur branchiæ, et influit aqua. quæ cū ad cor per meatus tranſmittitur, et calor refrigeratur, ſubſident brāchiæ,

et humorem reſpuunt. At cum ſemper calor cordis efferatur, ſemper recipit, a quo rurſus refrigeretur. quare et illis uiuendi, ac non uiuendi finis in ſpiratione poſitus eſt, piſcibus in humoris receptione. Ac de uita quidem et morte, quæque huius commentationis cognata ſunt, diximus fere de omnibus. De ſecunda, et aduerſa ualetudine aliquatenus cauſas reddere, non medici tãtum, ſed naturalis etiam partes ſunt. quibus quid interſit, et quatenus ii diuerſa contemplentur, non decet ignorare. quippe officiũ eſſe aliqua ex parte confine, teſtimonio eſt, quod uulgo uſurpatur. Nam medicorum eruditi, et diligentiores cauſas reddunt naturales, et inde putãt eſſe principia ſumenda. ut naturalium prudentiſſimi in principiis medicinæ finem ſuorum ſtudiorum faciunt.

Finis Libri de Iuuenta, et Senecta, de Vita et Morte, ac de Spiratione.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ERRata Librariorum hæc fere ſunt, quæ ſenſum conturbare poſſint

Folio.iiii.ante. Verſu.xxv.flexus producitur.et ferre poteſt ſtantem magnitudinē et mediū flexum.pro.fit baſis, et ualet ſtantem magnitudinem, et mediam lineam.

F.vii.a tergo. Verſu.xxiiii.a pro eſt

Ibidem Ver.xxvii.habent oculos a latere pro carent oculo a ltero

F.x. Ver.primo ante reuideant pro renideant

F.xiiii.an. Ver.xx.millo pro nullo, et in gloſſa exquiſitor ꝑ exquiſitior

F.xxi.an. Ver.ix.qui tardiores pro tardiores.

F.xxvii.a tergo. Ver.x.quia pro qui

F.xxviii.an. Ver.x.cōmemorare ꝑ cōmeare.a ter. Ver.vi.ſiccū ꝑ ſic cū

F.xxx.an. Ver.xxiiii.ſi pro etſi

F.xxxiii.an. Ver.ix.apparet pro apparent

F.xxxv.a tergo. Ver.xvii.ultimo pro intimo

F.xxxvii.a tergo. Ver.xxxiiii. q̄ diſſimiliter ſe habere ad alterum pro q̄ ut eo quidq; ſit prius

F.xl.a tergo. Ver.ii.aut pro autem

F.xli.an. Ver.xii.his breuis pro illis breuis.a tergo. Ver.xxiiii.ab uacat.

F.xliii.an. Ver.xxiiii.et pro at.et Ver.xxv.at pro et

F.xlv.an. Ver.ii.inſetionibus ꝑ in inſetionibus. Item ſectionibus pro ſationibus. Ver.viii.uobis ꝑ nobis. Ver.x.quoq; pro quod. Ver.xxvii. animus ꝑ aimus. Ver.xxxiii.inuegetalis ꝑ uegetalis.a tergo Ver.xx. cuius pro eius. Ver.xxiii.dum pro interdum.

F.xlvi.a ter. Ver.iiii.hac pro ac. Ver.x.effectū pro effectuum. Ver.xxv. cunca pro cuncta.

F.xlvii.an. Ver.xiiii.cernuentur pro cernuntur. Ver.xviii. lege teſtudines. Ver.xix.lege iis. Ver.xxxii.lege in ſecta.xxxiii.lege tantū.xxxiiii. ratione.xxxv.lege erroris.a tergo. Ver.xxv.at pro ac.

F.xlviii.ante Ver.x.inſpiratione pro inſpirationem. Ver.xxxiiii.ut pro et.a ter. Ver.vi.quod quædam pro quod ſint quædam. Ver, xv.fluēte pro fluento. Ver.xxxii.tota erat.pro tota errat

F.xlix.an. Ver.xix.anima pro a nimia. Ver.xxii.lege fiat. Ver.xxvi.cōtrahunt pro contra hunc. Ver.xxix.lege utrāuis. Ver.xxxiii.bombas ædunt pro bombos edunt.a tergo Ver.vii.uolaces pro uocales. Ver. xx.diu tale cōfiteantur, pro diutule cōtineantur. Ver.xxvi.lege nullum. Ver.xxxiii.u pro ut

F.l.ante Ver.xi.ad pro ab. Ver.xxiii.lege lædi. Ver.iiii.lege deerrante

F.lii.a tergo Ver.ii.lege exuperantia. Ver.xxxiii.eſſent pro ceſſant

F.liii.ante Ver.xxxii.dele in.

¶Impreſſum fuit hoc opus per me Hieronymum de Benedictis Bononiæ Anno domini.M.D.XXII.Die uero.xv.Maii.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

375

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE